





893.7-99.2 D35
Columbia University
in the City of New York
Library
Bought from the
F. A. Schermerhorn
Fund
1899



Yūsuf Ilyās al-Dibs, abp. of Beiru

روح الردود
في تفنيد زعم الخوري يوسف داود

للخوري يوسف الياس الدبس الماروني اللبناني

عفي عنه

ترجمه الى اللاتينية الخوري نعمة الله الدحداح الماروني

طبع في بيروت بالمطبعة العمومية سنة ١٨٧١
بنفقة الخواجا رزق الله ميخائيل خضرا

SUMMA CONFUTATIONUM

CONTRA ASSERTIONES SACERDOTIS JOSEPHI DAVID

AUCTORE **JOSEPHO DEBS** SACERDOTE MARONITA

LATINE VERTIT

H. NEMATALLAH DAHDAH S. T. D. SACERDOS ITEM MARONITA

***Beryti* 1871.**

EX TYPOGRAPHIA CATHOLICA
SUMPTIBUS REZCALLA MICAELIS KHADRA

❋ الفاتحة ❋

حمدا لمن اهدى الصواب . وأجزل لمحبيه الفخر والثواب . وقيض للمخطئين الهوان والعقاب . اما بعد فان كاهنا يسمى الخوري يوسف داود الموصلي من طائفة السريان الكاثوليكيين انشا في خلال السنة السالفة كتيبا طبعه عند انقضائها في رومة والحقه بحاشية شحنها قذفا وطعنا بالطائفة المارونية . مجددا فيها ازعاما دثرت لظهور مينها . وافتضاح شينها . وعراها النسيان . ودخلت في خبر كان . مدعيا احياها من ارماسها . ودرسها بعد اندراسها . واخص هذه الازعام او الاحلام ان الطايفة المارونية لم تحافظ ابدا على الايمان الكاثوليكي المقدس وانها غوت غواية من قالوا بالمشية الواحدة في المسيح . وعثا فيها اجيالا الايمان الصحيح . خلافا لما صرح به كثير من الاحبار الاعظمين . والعلما الافاضل المحققين . والجهابذة الفطاحل المدققين . وتعدى طعنه العدوى من مجموع الطايفة الى علمايها

PROEMIUM

Sit laus Deo optimo maximo, qui ad veritatem dirigit, et diligentibus se abundantem promittit gloriam et remunerationem, peccantibus autem minatur contemptum et pœnam.

Sacerdos quidam, nomine Josephus David chorepiscopus Mossoulensis, Natione Syrus Catholicus, prope finem elapsi anni, Typis Romæ mandavit libellum, cui adjecit appendicem erroribus, calumniis, et conviciis plenam contra Nationem nostram Maronitam, renovans in hac appendice assertiones, ideo caducas, quia earum mendacium palam factum est, et quia quod in eis opprobriosum est detectum jam fuit, ita ut, in oblivionem cadentes, ingressæ sint cathegoriam rerum, quæ considerantur quasi non extitissent. Ipse tamen, ex tenebris, has assertiones in lucem revocare voluit, et eruditis propinare. Assertiones autem hujusmodi, seu potius somnia, præcipue in eo consistunt, quod Maronitarum Natio non fuerit semper in S. Catholica Fide constans, sed quod inciderit in errorem Monothelismi, proindeque quod ejus Fides, multis sæculis, corrupta extiterit. Hoc ausus est asserere contra id, quod clare, aperteque docuerunt plurimi summi Romani Pontifices auctoresque perillustres, omni laude digni, et sana critica utentes; et Nationem

الاعلام . وجهابذتها العظام. لاسيما السيد العلامة يوسف سمعان السمعاني النحرير الشهير. المشهود بتفرده بين اصحاب الاساطير. من اتخذه كل كاتب في تواريخ المشرق دستورا . وحسب تاليفه كنزا مكشوفا مشهورا زاعما كونه غير خبير بتاريخ طائفته . وليس ابن بجدته . وانه اعتمد اقوالا لا يعتمد عليها . ولجا الى اساليب لا يلجا اليها . الى غير ذلك من مدعيات المولف الدعي. وهذيانه الخدعي. فلدى تصفحي اولا في مقاله. وتبصري برشق نباله. رايت نفسي اقول ما قال الشاعر.

ما كل فعّال يجازى بفعله   ولا كل قوال لدي يجاب

لعلمي بان عيب اقواله مردود عليه. ونبال قذفه تخطئنا فتصيبه راجعة اليه. وانه يكفي الطائفة المارونية مونة رده قول الشاعر

يغيظهم فضلي عليهم ونقصهم   كاني قاسمت الحظوظ فاخطات

الا اني كلما تلوته رايته افحش في الاستطالة. واوبش في الصيالة . وافرط باجهاد

---

nostram in genere ictibus suis sauciavisse satis esse non ducens, hostili animo suo, ad doctissimos ejusdem scriptores, et in scientia fortissimos athletas, telis suis impetendos transivit, ac præcipue doctissimum et solertissimum virum Dm. Josephum Simonium Assemanum, singulari scientia inter scriptores notum, quem magistrum sequuti sunt omnes, qui de historia Ecclesiastica Orientali scripserunt, ejus opera tanquam thesaurum effossum, omnibusque expositum considerantes; asserens eum Nationis suæ historiam ignorasse, nullimode in ea fuisse versatum, ac proinde, in disserendo de ea, innixum fuisse documentis infirmis, et incessisse via, qua non fuisset incedendum, et alia hujusmodi. Sequendo autem quæ adversarius scripsit, et considerando tela quibus nos impetiit, mihi visus sum cum Poeta dicere

« non omni male agenti retribuitur
« nec omni loquaci respondetur

sciens, quod quidquid in dictis ejus vitiosum est, eo ipso ad eum retorquetur, et quod tela conviciorum suorum, nos prætereuntia, in eum convertuntur, et quod, pro confutatione ejus, sufficit Nationi Maronitæ, quod Poeta dicit

« Irascuntur eo quod præcellentior iis sum, ipsi autem deficientes
« Quasi ego sortes diviserim, et injustus fuerim

At quoties in legendo progressus sum, vidi eum magis magisque immodestum evadere, superbia elatum, et vilem esse in studio insultandi, et prodigum in vehe-

عزيمته على الطعن كان لا غاية له ولا شاغل الا القذف . وتضعيف الصحيح
وتصحيح ما شانه الضعف . وتوغلت فيه فالفيت ازعامه تخالف شهادة جم من الاحبار
الاعظمين الرومانيين المتفردين عدالة وعلما وصدقا وحكما . ومن اين لاى كان
من الناس مباراتهم اومساواتهم معرفة بمن اودعهم الله رعايتهم . وولاهم ولايتهم .
وقلدهم القضا الاسمى فحكمهم على من اتبع الايمان او ضل عنه او اخل به او ند
منه انما هو الدستور الوقور . والحكم المبرور . وشذوذ الخصم عما قرروه لا بد
من ايقاعه بهم بعض الاهانة والامتهان . وايجابه على شهادتهم بعض النقصان .
وعلى نفسه الدعوى باسبقية العلم . واصوبية الحكم . وهم منه مناط الثريا . ومن
اين للرجل ما للمحيا . ومع هذا كله ادعى الخصم انه باثباته على الموارنة القدما
الارطقة والشقاق يوجب للكرسي الرسولي المقدس على خلفايهم اعظم سلطان .
او اكبر حق باقوى برهان . فما الا كان حق هذا الكرسي الرفيع قاصر او غير تام .
او موقوف على ما صنع الانام . او كان الموارنة على ما تفردوا به من الطاعة والحرمة .

menter intendendo propositum suum conviciandi, varias errorum species adoptantem, ac si nil præ se haberet, nec aliud agendum sibi esset, quam conviciis impetere, veritatem infirmare, et confirmare id quod dehonestavit infirmitas. Profundius autem considerando, compertum habui assertiones ejus contrarias esse testimoniis plurium Romanorum Pontificum, singulari scientia, justitia, veracitate, et judicio præcellentium. Ideo admiratione compulsus, quæso, undenam cuique hominum datum est cum illis Pontificibus contendere, se illis comparare scientia circa eos, quos Deus, illis subdendo, eorum regimen ipsis commisit, et sublime judicium, quo fit ut sententia eorum, de iis qui fidem sequuti sunt, aut ab ea erraverunt, sit tessera, et venerandum criterium. Divergentia autem adversarii ab eo quod ab his pontificibus asseveratum fuit, nequit non afficere eos aliquali injuria, et contemptu, et pro certo, supponit defectum in testimoniis eorum, et prætentionem indicat ex parte sua, quod ipse præcellentiori scietia preditus sit, et saniore polleret judicio, dum interim illi tantum distant ab illo, quantum Plejades a terra. Adde quod adversarius prætendit se, in adstruendo veteres Maronitas hæreticos et schismaticos fuisse, in horum posteros, majorem S. sedi Apostolicæ, vindicaturum esse auctoritatem, quasi sublimis hujus Sedis auctoritas imperfecta esset, vel ab hominum actibus dependeret, aut quod Maronitæ, qui speciali obedientia, et reverentia notantur, et celebres omni tempore fuerunt obsequio et sinceritate servitutis, erga sublimem hanc S. sedem et vicarium Dei in terra, renitentes essent contra judicia eorum, et

واشتهروا به كل حين من الاذعان وخلوص الخدمة لهذا الكرسي الرسولي السامي
ولنائب الله في ارضه يابون الاذعان لاوامره . والامتثال لاحكامه الا بزواجره .
والا باثبات الخصم عليهم اسبقية الشقاق . والتناي عن ديومة الوفاق . لعمرك ما
هذه الا حيلة لطعن القذاف . وثوب ريا النخف به لكنه شفاف . وقد فاته ما من
ثبوت الموارنة وغيرهم ممر الاعصار على الايمان القويم من البرهان لحق الدين .
وصدق اليقين . وان الكرسي الرسولي المقدس يحتدم غيظا من هذا التجني الفظيع .
ومن الاقدام على هذا التقريع . لشعب رعي ممر الدهر فروض حرمته . وحاز في
كل معرض قصبات السبق الى طاعته . حتى اعتقد عصمة نواب المخلص من
الضلال . قبل الحكم العلني بها باجيال . كما حمل الحق الخصم اخر كلامه على
الاقرار . اذ لم يكن له منه فرار . هذا وايم الله اني ابيّ لكل خصام . بغيض لكل
انتقام وان من الاثام . وكنت اتوخى الاعتضاد بالخوري يوسف داود على
مناصبة اخصام ايماننا الكاثوليكي في امصارنا الشرقية . وعلى بثنا بين بنيها صحيح
العلوم والمعارف الغربية . فاذا به فوق سهام قذفه فارى طائفة لها الفخر بايمانها
اول الفخار . ولا يروقها دونه ايسار ولا تحفل باعسار . فما الحيلة في هذه الحال .

iis non subjicerentur nisi vi, et nonnisi eo quod adversarius adstrueret, scilcet, eos fuisse ab Ecclesia Catholica aliquando separatos, seu non semper in Fide constantes fuisse. Sane hæc nil aliud sunt quam prætextus, quo calumniator cohonestaret ictus suos, et velum hypocrisis, sed nimis transparens. Ignoravit insuper adversarius, quod ex Maronitarum aliorumque perpetua in vera Fide constantia, argumentum magnum desumatur pro veritate Catholicæ Religionis, et quod S. sedes Apostolica, mogno afficiatur mœrore propter injustitiam hanc gravem, et susceptas ab eo hujusmodi increpationes in populum, qui semper debitam ei servavit reverentiam, et in omni occasione obedientiæ tulit bravium, adeo ut professus sit infallibilitatem Vicariorum Salvatoris, multis sæculis ante definitionem illius, uti adversarius ipse, veritate compulsus, in fine ipsius libelli sui confessus est.

Tandem Deus testis est mihi, quod abhorreo ab omni altercatione, et quod odio habeo vindictam sumere, vel de improbis. Desideravissem etiam, coadjuvari potuisse cum sacerdote Josepho David, contra Catholicæ Fidei nostræ hostes, in partibus hisce orientalibus, et in diffundendo, inter Catholicos nostros, veras scientias, et eruditiones Occidentales, at ipse, arcu tenso, sagittas increpationum suarum ejecit in Nationem, quæ, primo loco, gloriatur de Fide sua, nec, præter hanc, secunda gaudet fortuna, aut mœretur adversa. Rebus sic stantibus, quid agendum est, dum

والخصم افرط في الافتراء وصال . هل ندع عرضنا عرضة للقدح بغناب جورا ونحن سكوت . ونذر فخرنا القديم هدفا لاسهم البهوت . وقد استخدم في ذلك من الدهى اقصاه . ومن الاحتيال ادهاه . وما كل يكلف المكشف عن وجه الحق المغشى عليه بنقاب المين . ولا يستوضح كل ما حوى مقال الخصم من الافك والشين . فلذا جميعه رايتني اقول مقال الشاعر

وما كل حين ينفع الحلم اهله ولا كل حين يدفع الجهل بالصبر

وشددت الهمة الفاترة . وشحذت العزيمة القاصرة . لاتعقبه كلمة كلمة مفندا مدعاه برمته . وادك زعمه دكا ليسقط بجملته . وقد اعتبرت ان ما ينول المطلوب على احسن اسلوب . انما هو ان اثبت اولا حقيقة ثبوت الطائفة المارونية في الامانة الكاثوليكية منذ كانت بمهدها الى الان بقضية تثبتها شهادات الاحبار الاعظمين . واقوال العلما المحققين . وادلة عقلية حتى تضحى عين اليقين . ثم اتعقب مقال الخصم راويا اياه بحروفه كلها وجاعلا اياه كاعتراضات افندها فاقول وبالله المستعان . وعليه التكلان .

adversarius, in impetendo nos, superbia elatus, excessum pertigit? Anne silentes relinquemus nomen nostrum, ut abjectum improperiis, perperam calumniari? Et sinemusne vetustam gloriam nostram, uti scopum loquacitatis false inculpantum? Præsertim cum adversarius ad hunc scopum attingendum, abusus sit astutia, et arte malitiosissima, et cum non omnes idonei sint ad detegendum vultum veritatis, velo mendacii contectum, et ad clare videndum, quid captiosi, et indecori contineatur in sermone adversarii? His omnibus commotus mihi videor cum Poeta dicere.

« Non omni tempore clementia juvat utentes se
« Nec omni tempore repellitur ignorantia per patientiam

Ideo, vires meas infirmas corroboravi, et debile ingenium meum exacui ad insequendum adversarium, omnes ejus prætentiones confutando, et assertiones funditus eruendo, ut totum ejus edificium labefactetur. Ad pertingendum autem scopum, meliori quo fieri possit modo, proposui mihi prabare. Primo perpetuam Maronitarum, in Fide Catholica, vel a primis cunabulis, ad hoc usque tempus, constantiam, idque propositione confirmata testimoniis summorum Pontificum, et dictis auctorum criticorum, et argumentis rationis, ita ut hæc propositio, ad evidentiam pertingat. Deinde evolvere dicta adversarii, ea verbatim citando, et proponendo, tamquam difficultates refutandas. Ideoque Deo Optimo Maximo confisus, et ejus auxilium invocans incipio.

قضية

ان الطايفة المارونية استمرت كل وقت كاثوليكية ولم يشنها قط انفصال عن الكنيسة الرومانية المقدسة

اننا نقسم برهانات هذه القضية في ثلثة فصول ترى في اولها شهادات الاحبار الاعظمين . وفي ثانيها روايات العلما المحققين والمورخين المدققين . وفي ثالثها ادلة بينة سديدة في اثبات هذه الحقيقة

الفصل الاول

في اثبات هذه القضية بشهادة الاحبار الاعظمين

لامرا بان شهادة الاحبار الاعظمين انما هي في اثبات هذه القضية اسد برهان يعتمد عليه ويلجا اليه . فهم مركز النصرانية ونقطة دايرتها واوليا فرقها بجملتها . وما من عليم فوق علمهم بسودي رياستهم وسيادتهم . فتنزهوا عن كل شبهة اذ

PROPOSITIO

Maronitica gens Catholica semper fuit, et numquam fœdata fuit labe separationis a S. R. Ecclesia.

In tres articulos dividimus argumenta, quibus hanc propositionem evincimus, in quorum primo testimonia Romanorum Pontificum invenies; in secundo autem quæ a perillustribus auctoribus, præcipue criticis Historiographis de hac re dicta sunt, in tertio denique argumenta solida et clara, quæ hanc rem pellucide probant.

ARTICULUS PRIMUS

TESTIMONIA ROMANORUM PONTIFICUM, QUIBUS HÆC PROPOSITIO COMPROBATUR.

Sane nullimode in dubium revocari potest, Romanorum Pontificum testimonia, ad hanc rem comprobandam tutius et validius esse argumentum, cui adhæreri, et ad quod recurri possit. Pontifices enim cardo Christianitatis, centrum circuli ejus, et caput omnium fractionum illius sunt, nullusque censendus est melius agnoscere subjectos auctoritati eorum, dominationique, et sunt, in testimoniis reddendis, omni exceptione majores, cum eorum nihil intersit, nisi iis qui a recta se-

ليس من اغراضهم الا اعراضهم على كل ضال واثيم ما يصير اليه من البوار والدثار.
وعلى كل صالح استقامت امانته ما حق له من التقريظ والفخار. ولا يعد لهم عن
ذلك محاباة او انحراف . وهاك ما يقوله كثير من هولا الشهود المنقطعي النظير
عدالة وعلما

قال البابا لاون العاشر في رسالة بعث بها الى البطريرك سمعان الحدثي
في غرة اب سنة ١٥١٥ انك وشعبك ترون رايا مستقيما في امر الايمان وتعانون
كثيرا بالاصوام وحسن الخصال وصرامة السيرة ونقاوتها وهذا قد اطلعنا عليه
من رسايلك التي تولانا السرور والبهجة بتلاوتها وطابت نفسنا باستماعها وملى
فوادنا طربا لا ينعت فترتب علينا ان نمجد الله ونشكره ما قدرنا على نعمه السابغة
اذ اصطفاكم من بين الكنايس الشرقية لتتعبدوا له مومنين وتصانوا من الغرق
في لجة الكفر والنوايب كما صين الورد من شوكه ليتمجد بذلك اسمه واراد ان
تكونوا عبرة صالحة لرجوع الغير المومنين لحفظكم عادات الكنيسة الجامعة الرومانية
ورتبها بطهارة ودون خوف ولم تضلوا عن محجة الايمان بالمسيح مع تواتر تيار
الضر والضنك والاضطهاد المزمجر به الغير المومنين والاراطقة المشاقون باغضوا

---

mita discessere, et pecavere, quid male egerint, et quo ruina pervenerint, objectare, et eos qui, bene agendo, in recta fide constitere, laudibus, et honoribus meritis prosequi. Ab hac autem agendi ratione, nec conniventia retinet, nec personarum acceptatio. Age itaque videamus, quid hi justitia et scientia incomparabiles testes dicant.

Leo itaque X., in eipistola quam ad Simonem Hadetensem, Maronitarum Patriarcham an 1515. Kalendis misit Augusti sic dicebat « *In fide vero, jejuniis, moribus, vitæ asperitate ac exemplaritate, ita Te et populum Maronitarum recte, patienter et constanter habere, quæ etiam in suis litteris inspeximus ut ea leggisse, et audivisse, nobis gratum et perjucundum fuerit, animumque nostrum ineffabili lætitia et jubilatione repleverit, ex quo divinam clementiam, quantum possumus laudare et benedicere convenit, quod inter Ecclesias Orientales, quasi in medio infidelitatis, et erroris campis, Altissimus servos suos fideles veluti rosas inter medias spinas ad laudem sui nominis, et infidelium ipsorum conversionem esse voluerit, qui ritum et morem S. Romanæ et universalis Ecclesiæ pie ac intrepide servent, nec a Christi fide oppressionibus, persecutionibus, et angustiis, per ipsos*

اسم مخلصنا كما بلغنا برسالتكم ورسالة الاب فرنسيس (هو فرنسيس سوريانوس قاصد الكرسي الرسولي عند الموارنة) المار ذكره بل تزدادون قوة وثباتا في تحمل النوائب والتعييرات حبا بالله حتى يظهر لنا ان لا طائل لتحريضكم او لتنبيهكم على ان تحافظوا على امور فوق ما امركم به بولس الثاني وغيره من اسلافنا بل يكون تحريضنا وحضنا لكم للثبات في ذلك» وقال البابا بيوس الرابع في براءة ارسلها الى البطريرك موسى العكاري في غرة ايلول سنة ١٥٦٢ ما ترجمته «قد علمنا من رسالتكم التوقير السامي والتكريم والتعلق التي تبجلون بها كرسي بطرس زعيم الرسل وثباتكم وثبات طايفتكم على التشبث بالايمان الذي تعلمه الكنيسة المقدسة الرومانية فنتحفك بالتهنية لك ولطايفتك مسدين الشكر لرأفة الله من صميم فوادنا لانه ابقى له في هذه الامصار القاصية الوفا عديدة لم تحن ركبها البعال ولم يرهبها ثقل نير الكفرة المومنين لتبتعد عن الايمان المسيحي ولم يفسدها قربها من الاراطقة المشاقين ولم يستطع ان يفصلها عن الكنيسة الكاثوليكية» وروى هذا التقريظ ايضا البابا بناديكتوس الرابع عشر في خطبته بكردينالية الكنيسة الرومانية في ١٣ تموز سنة ١٧٤٤

---

infideles ejusdem Salvatoris nostri nominis hostes, et alios hæreticos, schismaticos, vobis ac illis, ut eisdem tuis et dicti fratris Francisci litteris didicimus, illectis re-trahamini, sed in dies fortiores, constantioresque, et in perferendis tribulationibus et opprobriis pro divino amore reddamini, adeo quod nobis supervacaneum videtur vos hortari, atque monere ad servandum majora, aut duriora illis, quæ per Paulum II, et alios prædecessores nostros, vobis injuncta et mandata fuerunt, sed tantum illa erit exhortatio, et monitio nostra, ut in illis persistatis.»

Et in Brevi quem ad Mosem Accarensem Maronitæ gentis Patriarcham an. 1562 Kalendis septembris Pius IV. mittebat, sequentia continebantur «*Perspicientes ex litteris tuis eximiam reverentiam, et cultum, et pietatem, qua Beati Petri Apostolorum principis sedem prosequeris, et tuam, ac Nationis istius constantiam in retinenda fide, quam S. Romana tenet, et docet Ecclesia, gratulamur Tibi, et Nationi ipsi, toto ex corde divinæ misericordiæ gratias agentes, quod reliquit sibi in istis tam longinquis partibus, tot hominum millia, qui non curvaverunt genua sua ante Baal, quos nec infidelium jugum tam grave a Christiana fide deterrere, nec hæreticorum, aut schismaticorum propinquitas corrumpere, et ab Ecclesia Catholica abducere, ac separare potuit.*» Hanc eandem laudem Benedictus XIV. in allocutione ad S.R.E. Cardinales die 13 Julii an. 1744. habita repetebat.

وقال البابا غريغوريوس الثالث عشر في براءة تشييده مدرسة للموارنة في رومة سنة ١٥٨٣ «ان الملة المارونية القاطنة جبل لبنان ما فتئت منذ اجيال شتى مستمسكة بالايمان الكاثوليكي مزدانة بانواع الطاعة والاذعان للكنيسة الرومانية المقدسة ولو احدقت بها الملل الاراتيكية والغير المومنين اعدا الاسم المسيحي» وكذا اثنى على الموارنة البابا اكليمنضوس الثامن بقوله من براءته الى البطريرك سركيس الرزي في ١ نيسان سنة ١٥٩٥ «اما انت ايها الاخ الموقر فنعتنقك وطائفتك المومنة بالمسيح اعتناق مودة خاصة وحب فريد لاتحادكم بنا بوثاق المحبة وقيامكم امامنا بالروح كل وقت مع بعدكم عنا بالجسد بعدا شاسعا وقد استحققتم ان تنزلوا عندنا منزلة الاولاد الاعزا غاية. لديانتكم الشهيرة وثبوتكم على الايمان الكاثوليكي وخضوعكم الفريد للكرسي الرسولي المقدس ولم تبرحوا على جاري حميد عادة سلفكم تجاهرون بالطاعة المتوجبة لامكم وام جميع المومنين ومعلمتهم الكنيسة الرومانية المقدسة وتحفظون بنعمة عظمى من الله الايمان الذي اخذتموه عن الكنيسة الرومانية كاملا سالما وان احاطتكم امم قاصية معماة بظلام الكفر ثم بدع المشاقين» ومثله قال البابا بولس الخامس في

Gregorius autem XIII. in Brevi fundationis Collegii Maronitarum de Urbe an. 1583. sic loquebatur « *Cum itaque, sicut accepimus, Maronitarum Natio, quam infideles, et schismatici, ac alii Christiani nominis hostes, undique circumstant, in Chatholicæ fidei sinceritate Sanctæque, Romanæ Ecclesiæ obedientia et devotione a multis sæculis persistat.*»

Clemens quoque VIII. in Epistola Kalendis Aprilis an. 1595. ad Sergium Risium Maronitarum Patriarcham missa, iis, quæ sequuntur, laudibus Maronitas prosequebatur «*Te vero frater et tuam istam Nationem fidelem in Christo, præcipuo dilectionis affectu complectimur. Nam quamvis magno locorum intervallo a nobis disjuncti sint, vinculo tamen charitatis nobiscum conjuncti, et spiritu præsentes semper estis. Et certe vestra insignis pietas, et in fide Catholica constantia, et singularis erga hanc Sanctam Apostolicam Sedem devotio promerentur, ut vos veluti filios carissimos habeamus in corde et in visceribus Jesu Christi. Vos enim S. R. Ecclesiæ, vestræ et omnium fidelium matri, et magistræ debitam obedientiam præstatis, more et instituto majorum vestrorum, et magna divinæ gratiæ abundantia erga vos, fidei integritatem ab eadem Romana Ecclesia acceptam conservatis quamvis finitimis gentibus, quæ infidelitatis tenebris obcæcatæ sunt, et schismaticorum sectis circumsepti sitis.*»

رسالته الى البطريرك يوسف الرزي في ١٣ ك٢ سنة ١٦٠٦ « نسال ابا المراحم الازلي ان يفيض الخيرات السموية عليكم وعلى ساير الاخوة الاساقفة والاولاد الاعزا الاكليروس والشعب الماروني كله لاننا نراكم بنعمة الله مزهرين كالورد في اصقاع المشرق بين اشواك الكفرة » (وروى البابا بناديكتوس الرابع عشر تقريظه هذا في خطبته المار ذكرها) وقال في رسالته الى الموارنة في ٢٨ كانون ا سنة ١٦٠٨ ما ترجمته « تبارك الله ابو ربنا يسوع المسيح اذ لم تذر وفرة مراحمه الزاخرة طوفان المياه العرمرم اي الانشقاقات المتنوعة والبدع السيئة التي عمت بلاد المشرق منذ ازمنة ولم تزل الى وقتنا مستحوذة على اكثر البسيطة تقترب منكم بل اثر بنعمة خاصة من سخايه صيانتكم اجيالا شتى ثابتين على صدق الايمان الكاثوليكي حتى ذاع ايمانكم في العالم باسره واثنت عليه الكنيسة الرومانية ام الكنايس كافة » وكرر مثل هذه الشهادة والتقريظ البابا اوربانوس الثامن في رسالته الى البطريرك يوحنا مخلوف في ٣٠ اب سنة ١٦٢٥ فقال » اوربانوس الثامن الى الاخ الموقر بطرس البطريرك السلام والبركة الرسولية . لم يذبل

Et Paulus V. in epist. data idibus Januarii an. 1606. ad Patriarcham Josephum Risium dicebat: « *Tibi vero, et reliquis fratribus Episcopis, et dilectis filiis clero, et Populo Maronitico, omnium cœlestium bonorum abundantiam ab æterno Patre misericordiarum precamur: quum vos, veluti rosas gratia Dei florentes, inter Orientalis infidelitatis spinas videamus:* » (Et hanc quoque laudem Benedictus XIV. in cit. allocutione citavit.) Et in Epistola ad Archiepiscopos, Episcopos, clerum, et populum Maronitarum data IV. kalend. Decembris 1608. « *Benedictus Deus Pater Domini Nostri J. Christi, qui secundum magnam misericordiam suam in diluvio aquarum multarum, variorum scilcet schismatum, et hæresum impiarum perversitatem, quæ jamdiu Orientem inundaverunt, et pene universum obrutum miserabiliter tenent, illas ad vos approximare non permisit, sed singulari clementiæ suæ dono in Catholicæ fidei veritate tot sæculis vos conservare dignatus est, quapropter fides vestra annunciatur in universo mundo, celebratur in mundi totius ecclesiarum matre et magistra Romana ecclesia, B. Petri merito, Domini voce consecrata, cujus vos divinum agnoscentes super omnes ecclesias primatum, debitum Christo honorem impenditis.* »

Idem testimonium eandemque laudem repetiit Urbanus VIII. in epist. quam ad Joannem Machlufium Patriarcham die 30 Augusti an. 1625. scripsit dicens: « *Urbanus VIII. venerabili fratri Petro Patriarchæ Salutem et Apostolicam bene-*

البتة جمال الكرمل ولم يذو مجد لبنان ولومد العدو الباغي يدا خاطفة الى
جميع ما يرغب فيه فانكم ايها الاخ البطريرك الانطاكي وسائر اساقفة رعيتكم
الواسعة وكهنتها تحترمون سلطان بطرس الطوباوي بالكرسي الرسولي والحبر
الروماني فمن نعمد للثنا على ظفر مكابدتكم وما استحق ايمانكم ازمة استمداد
الاكاليل لكم من العلا فان الجحيم فغر فاه في تلك البلاد ودفق سيل في كرم الرب
في المشرق تيارات مسمة وتعاليم ملحدة وكانت اقاليم كثيرة اشبه بفردوس ملائكة
فصيرها مرابض للتنانين فالكفار من جهة ينتضون سيف الكفر والاراطقة
ذوو البدع من اخرى يصدمونكم باسلحة غادرة شيطانية فيشدون الحصار على
نفوسكم وهي في بهرة المكر لكنكم اشبه بجبل صهيون تزدرون بهول الزعازع اذ
وعده الرب انه لن يتزعزع الى الابد » وكذا قال البابا اينوشنسيوس العاشر
في براءة تشييده مدرسة الموارنة في رافانا في ٦ تموز سنة ١٦٤٨ « اننا لاعتبارنا
حق الاعتبار كون طائفة الموارنة سكان لبنان حافظت منذ اجيال كثيرة على
الايمان الكاثوليكي طابعة الكنيسة الرومانية المقدسة بين ملل الكفار والاراطقة
المحدقين بها لم نر ما هو انفع لهذه الطايفة وصيانة الايمان الارثوذكسي فيها على

dictionem. Non exaruit omnino decor Carmeli, et gloria Libani; quamvis rapacem manum miserit barbarus hostis, ad omnia desiderabilia ejus, quum Patriarcha Antiochenus, Cæterique amplissimæ istius diœcesis, Episcopi, et Sacerdotes B. Petri auctoritatem in Apostolica Sede,et R. Pontifice veneremini; e cœlo palmas petere debet.qui constantiæ fidei vestræ triumphum merita cupit pompa decorare. Dilatavit in istis regionibus os suum infernus, et venenatos effundens impiorum dogmatum torrentes in vineam Domini Orientalem, convertit in antra draconum multas provincias, quæ fuerunt paradisus Angelorum. Hinc barbarica impietas sacrilegis gladiis fulminans, hinc schismata hæresis armata diabolicis fraudibus animas vestras habitantes in medio doli, assidue obsident, atque oppugnant. Vos tamen fuistis mons Sion procellarum furias contemnens,cui promisit Dominus quod in æternum non commovebitur.»

Idem dicit Innocentius X. in Brevi erectionis collegii Maronitarum in Urbe Ravenna die 6 Juilii an. 1648. « *Imprimis vero animo recolentes, nationem Maronitarum, qui Libani montibus degunt a multis sæculis sub S. R. E. obedientia et devotione fidem catholicam inter tot circumstantes infidelium et schismaticorum sectas retinere,nihil eidem nationi utilius,et ad conservandam in ista veram puramque fidem orthodoxam aptius existimamus quam si pueri et adolescentes ejusdem na-*

نقاوته من ان يهذب صبيان هذه الطايفة وشبانها في هذه البلاد بالتقى والعلوم الالهية والبشرية التي تعوزهم وسايط الاكباب عليها في تلك الديار »

وهوذا ما كتبه البابا اكليمنضوس الحادي عشر الى البطريرك اسطفانوس الدويهي في ٧ شباط سنة ١٧٠٢ « ان ايمانكم يتلالا نصب عيوننا بنوع غريب على قدر ما نراكم محاطين بحنادس الضلال » وقال من براته الى البطريرك جبرائيل البلوزاوي في ١٠ حزيران سنة ١٧٠٥ « لعمري يلذ لنا الكلام اذا شينا ان نخطب في الطايفة المارونية الجليلة وقد فازت في كنيسة الله باسم شريف جدا لانها وهي في بهرة اعدا الدين المسيحي لم تستح بانجيل المسيح بل تفتخر به وبمحافظتها على التعليم النقي محافظة لم تشب بزيغان بين شعوب ذوي شفاه مدنسة » وهاك قوله وقد اغرب في براته الى البطريرك يعقوب عواد ومطارنة الموارنة واساقفتهم واكليريسهم العالمي والقانوني وامرايهم وساير شعبهم في ٢٩ ك الاخر سنة ١٧٢١ « ان مسافات البلاد وان قصت لا تمنعنا الاهتمام الحبري بجميع ملل العالم باسره بل نتخذ وفا بفروض وظيفتنا الرسولية الوسايط النافعة في صيانة قلوب جميع المومنين وتيسير خلاص نفوسهم ومع

---

tionis his in regionibus pie educantur et divinis humanisque litteris, quibus operam dandi facultas deest in partibus illis..... Sedulo instruantur.»

Et clemens XI. in epist. die 7 Februarii 1702. ad Stephanum Aldœnsem Patriarcham data, hæc scribebat: « *Fides enim vestra eo præstantius coram oculis nostris effulget, quo magis eam circumseptam undique errorum caligine intuemur.*» Et in epistola ad Gabrielem Blauzensem Maronitarum item Patriarcham die 10 Junii an. 1705. sic loquebatur: « *In argumento nobis prorsus grato versamur, ubi contingit apud nos agi de inclyta Maronitarum natione, præclari sane nominis in Dei Ecclesia, utpote quæ in conspectu hostium Christianæ religionis constituta, evangelium Christi ita non erubescit, ut de eo summopere glorietur, sanam doctrinam, et verbum Dei in medio Populi polluta labia habentis intemerate custodiens.*» In ea vero, quam die 29 Januarii an. 1721. ad Jacobum Evodium Patriarcham, Archiepiscopos, Episcopos, Clerum secularem, et regularem, principes, ac universos christi-fideles Nationis Maronitarum ad Montem Libanum dedit, epistola, omnem fere expectationem excessit dicens: « *Etsi quotquot in universo terrarum orbe nationes nulla locorum distantia a Pontificia solicitudine disjungat, ac nos pro Apostolici muneris nostri debito, ea assidue meditemur consilia, per quæ cunctorum Christi fidelium tranquillo, et prospero statui, animarumque saluti oppor-*

هذا كله يعلينا حبنا الابوي الى طايفتكم ميلاً مخصوصا ونتوخى لها من صميم فوادنا نجاحا مسعودا لانها تستحق الثنا منا لاوجه كثيرة اخصها واجلها استمرارها على صدق الامانة بخلوص استمرارا مشرفا اكسبها اسما جليلا وصيتا حميدا في كل عصر مقتدية بوصية الرسول ان لا تتشكك بالايمان ولا تنقلب مع كل ريح تعليم الى هنا وهنالك بخبث الاشرار ولبثت تعتني برعاية سنن الكنيسة الكاثوليكية المقدسة واصول الدين المسلمة اليها من سلفها من غير ما مفسد وحافظت كل حين على الطاعة والاذعان للكنيسة الرومانية المقدسة ام جميع الكنايس ومعلمتهن وقد قدمت الخضوع والتوقير الساميين في كل عصر لسلفائنا الاحبار الرومانيين »

وقال البابا اينوشنسيوس الثالث عشر في رسالته الى البطريرك يعقوب عواد والمطارنة والاساقفة والامرا وساير الشعب الماروني في ١٢ شباط سنة ١٧٢٣ « ان اهتمامنا بالكنايس كافة يلزمنا الزاما مخصوصا ان نهتم كل وقت براحتكم ونجاحكم وخلاصكم فان رغبتنا في احتضانكم باحشا يسوع المسيح تزداد انعطافا ما ازداد وضوحا علمنا بتقواكم ورغبتكم الفريدة في الديانة اذ

---

tune consulatur; propensiore tamen quodam paternæ charitatis affectu respicimus, omnique felicitate florere majorem in modum optamus nationem vestram, quæ pluribus sane rationibus commendatissima nobis est; sed ea inprimis, quod cum perenni sui nominis gloria, veram solidamque pietatem semper egregie coluerit, et juxta monitum Apostoli, nunquam a fide fluctuans, nec circumferri se sinens omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, antiquissimas, atque sanctissimas Catholicæ Ecclesiæ leges, et dogmata a majoribus accepta, servare perpetuo studuerit incorrupta, ac in media barbarorum tyrannide, constantem erga sacrosanctam hanc R. Ecclesiam cæterarum omnium ecclesiarum matrem, et magistram, atque Romanos Pontifices prædecessores nostros devotionem et studium plane eximium omni tempore professa fuerit.»

Innocentius quoque XIII. in epistola ad Jacobum Evodium Patriarcham, Archiepiscopos, Episcopos, Clerum, principes, et universum Maronitarum populum die 12 Februarii an. 1723. scripta dicebat. « *Peculiari autem instantia nostra quotidiana, solicitudo, scilicet, omnium ecclesiarum urget nos, ut assidue cogitemus de tranquillo, et felici vestro statu, atque salute. Tanto enim propensiori voluntate gerimus vos, in visceribus Jesu Christi, quanto completius cognovimus egregiam vestram pietatem, et devotionis studium singulare, quibus vel in mediis barbarorum fau-*

تحترمون بها وتوقرون هذه الكنيسة الرومانية المقدسة ام الكنايس كافة ومعلمتهن ثابتين في ذلك كل الثبات على عادة اسلافكم مع انكم في وسط افواه البربر. وما الذي يوتي طايفتكم اعظم مجد او يجدي على فوادنا باوفر سرور من استمراركم كل حين ثابتين على الايمان موسسين على الصخرة بطرس الطوباوي زعيم الرسل ومحافظين كل حين على عقايد الدين الكاثوليكي دون انثلام ولا فساد كما سلمها اليكم اباوكم من اقدم الايام وانكم الى الان متحدون مع الله بوحدة الروح والتعليم» وذلك ما كتبه البابا اكليمنضوس الثاني عشر في براته الى البطريرك يوسف ضرغام الخازن في ٢١ تشرين الاخر سنة ١٧٣٥ «ان الطايفة المارونية الجليلة بمنزلة وردة بين الاشواك و بمنزلة صخرة صلدة في بحر هذا العالم لا تخشى صدم تيار الاراطقة والشاقين والكفار الوفير عديدهم وقد اقلقوا البطريركية الانطاكية الى الان فان طايفتكم هذه قد حافظت على تعاليم الايمان الكاثوليكي المقدسة التي قبلتها مرة من بطرس الطوباوي زعيم الرسل وما انفكت البتة محافظة عليها سالمة كاملة دون انثلام بنعمة الله. وما ذلك الا لبذل الاخوة المحترمين البطاركة اسلافك وفرة الجهد الفريد والسهر المديد في فلاحة كرم الرب هذا ولطاعتكم الثابتة لهذا الكرسي الرسولي الروماني ام جميع الكنايس ومعلمتهن

cibus sacrosanctam hanc R. Ecclesiam omnium matrem, et magistram, more majorum, constantissime observatis et colitis, quid porro aut nationi vestræ gloriosius, aut ad magis demerendum animum nostrum accommodatius esse potest, quam quod in B. Petri Apostolorum Principis soliditate fundati, stabiles in fide semper permanseritis atque catholicæ religionis dogmata perpetuo servaveritis incorrupta, quemadmodum priscis temporibus ea a Patribus acceperatis quod denique etiam num adhæreatis Deo in unitate spiritus et doctrinæ? »

Clemens autem XII. in Brevi, die 21 Novembris an. 1735. ad Patriarcham Josephum Gazenum dato sic loquebatur : « *Quod inclyta ista tua natio Maronita-rum, veluti rosa inter spinas, et firmissimus in medio mari scopulus contra furentes tot hæreticorum, schismaticorum, et infidelium misere adhuc Patriarchatum Antiochenum exagitantium undas objectus, sacrosancta Catholicæ fidei a B. Petro Apostolorum principe semel acceptæ dogmata, integra semper et intacta, adspirante Dei gratia, custodierit; singulari venerabilium fratrum Patriarcharum prædecessorum tuorum ad excolendam vineam istam Dei Sabaoth advigilantium sedulitati et constanti erga Apostolicam hanc R. Sedem omnium ecclesiarum matrem et*

ولاحباره الرومانيين اسلافنا » وقد كتب في رسالته الى المطارين والاساقفة
الموارنة في التاريخ المار ذكره « لعمري اننا نحب طائفتكم المارونية الجليلة محبة
مخصوصة ابوية اكثر من غيرها من طوايف العالم المسيحية وانما هذا لثباتها القديم
والدايم على الايمان الكاثوليكي الروماني وهذا الثبات نزله اسلافنا الاحبار
الرومانيون كل حين اسمى منزلة الاعتبار ولذا لا نطيق ان يعوزكم شي من
احساننا الحبري وسلطاننا » وقال البابا بناديكتوس الرابع عشر ونعم القايل في
براة اثباته المجمع اللبناني في غرة ايلول سنة ١٧٤١ « لايخفى انه قد عقد حينا فحينا
مثل هذه المجامع الاخوة الموقرون البطاركة والمطارنة والاساقفة وغيرهم من
روسا الطايفة المارونية الشريفة التي استمسكت كل وقت منذ بدء اصلها بالامانة
الارثودكسية الرومانية وحافظت عليها سالمة بعظم الجهد مع احداق الكفار
والاراطقة والمشاقين بها وقد طاعت وما انفكت طائعة الى يومنا هذا لهذا
الكرسي الرسولي المقدس وملتحمة بالخضوع المتوجب له كل الالتحام » وقال
في براته في اثبات ابرشيات الموارنة وحدودها في ١٤ شباط سنة ١٧٤٢ « نحن
الذين نعتنق بمحبة رسولية الطايفة المارونية الشريفة التي ثبتت كل حين في

magistram, ejusque pro tempore Romanos Pontifices antecessores nostros obedientiæ refertur acceptum. » Et in litteris ad Archiepiscopos et Episcopos Maronitas eadem die et anno datis sequentia dicebat: « *Nos sane, qui inter cæteras Christiani orbis nationes inclytam vestram Maronitarum ob diuturnam constantemque in catholica Romana fide firmitatem plurimi semper a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris habitam, peculiari paternaque charitate, prosequimur, nullam pontificiæ beneficentiæ, et auctoritatis nostræ operam a vobis desiderari patimur.* »

Sapientissimus etiam Pontifex Benedictus XIV. in Bulla confirmationis synodi Libanensis die 1. Septembris 1741. data dicit: « *Etsi autem venerabiles fratres Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, aliique pro tempore existentes inclytæ nationis Maronitarum, quæ ab ipsa sua origine orthodoxam Romanam fidem professa semper intactam ab infidelibus, hæreticis, schismaticis undique circumsedentibus custodire, atque Apostolicæ huic Sanctæ Sedi arctissime adhærere, debitaque obedientia obsequi studuit ac pergit, cætus et synodos ejusmodi veluti in speciem inter se celebrare non destiterint.* » Et in Brevi quo Maronitarum Episcoporum sedes assignantur die 14 Februarii an 1742 dato hæc dicit: » *Hinc est quod Nos, qui*

الايمان الكاثوليكي الروماني وهي محتاطة من كل جانب بالاراطقة والمشاقين والكفار كوردة بين شوك او صخرة بين امواج وثباتها هذا نزلها عندنا منزلة الاعتبار الفايق حيث نزلها الاحبار الرومانيون اسلافنا » وقال في خطبته المار ذكرها بكردينالية الكنيسة الرومانية في ١٣ تموز سنة ١٧٤٤ « اما الموارنة فقد كانوا كل حين كما هم الان كاثوليكون بالتمام ومرتبطون بالاتحاد مع هذا الكرسي المقدس ومودون الاحترام والطاعة الكاملة لبطريركهم والحبر الروماني » (الى ان يقول) « ويستحق الثنا الجميل المطارنة والاساقفة الموارنة والشعب الماروني كله ولهذا نجملهم نحن بتلك التقاريظ المجلة التي شرفهم بها سلفاونا الاحبار الرومانيون » وقد نظم في سلك هذه الخطبة اكثر درر التقاريظ التي حلى بها اسلافه الاحبار الرومانيون جيد الكنيسة المارونية . وقال في رسالته الى البطريرك طوبيا الخازن في ٣٠ نيسان سنة ١٧٥٧ « لقد كان بينا لنا انك لما كنت ايها الاخ مجملا بفضايل الكهنوت والرعاية كنت تسرف باتعاب حميدة في العناية بكرم المسيح المسلم اليك ولذا نعلل نفسنا باليقين انك ايها الاخ الموقر

inclytam Nationem Maronitarum quamvis hæreticis, et schismaticis, Mohamethanis, et idolatris, undique circumseptam, tamen veluti rosam inter spinas, et scopulum inter undas, semper in catholica Romana Fide constantem, ac propeterea a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris tantopere existimatam, ad eorundem Prædecessorum Nostrorum exempla facimus, et Apostolica charitate complectimur.»

Et in allocutione ad S. R. E. Cardinales die 13 Julii an. 1744. habita sic asserebat: « *Profecto Maronitæ fuerunt semper, quales et hodie sunt, integre catholici, cum hac sancta Sede conjuncti, et erga suum Patriarcham, tum etiam erga Romanum Pontificem obsequii ac reverentiæ pleni..... Commendatione pariter summa digni sunt Archiepiscopi et præsules Maronitæ, tum etiam tota Marnitarum gens. Proinde nos amplissima illa elogia, quibus Romani Pontifices Prædecessores nostri eam cohonestarunt libenter suscribimus.*» Post hæc eximius hic Pontifex plura ex his, quæ retulimus Romanorum Pontificum prædecessorum suorum in Maroniticam gentem encomia repetit.

Et in Brevi ejusdem Pontificis ad Tobiam Gazenum Maronitam Patriarcham die 30 Aprilis an. 1757, dato sequentia leguntur : « *Nobis sane compertum exploratumque erat, Fraternitatem Tuam sacerdotalibus, Pastoralibusque virtutibus insignitam, in excolenda Christi vinea Tibi commissa laudabiliter adlaborare, at-*

لفوزك بمقام وسلطان وشرف اسمى من الاول تجهد نفسك في اهتمام واسهار
ومشاق كبرى لتزيد هذه الطايفة المارونية الجليلة تاييدا و بها ونموًا ونجاحا
لانه يلزمك ان تودي حسابا مدققا للمسيح الديان الابدي عن هذه الطائفة
الشديد تعلقها كل حين بهذا الكرسي المقدس والمتلالئة كالشمس بين دياجي الضلال »

وقال البابا اكليمنضوس الثالث عشر في براءته الى الاكليروس والاعيان
والشعب الماروني في ٢٩ حزيران سنة ١٧٦٧ «وان نايتم عنا مسافة بلاد
قاصية فلا نبرح نتصوركم كل حين ماثلين امامنا ومتحدين معنا بنطاق المحبة
ونعتنقكم بتعطف ود مخصوص ونحملكم في فوادنا واحشاء المسيح كابناء تناهى لهم
الحب وما ذلك الا فرض استحقاق فانكم اديتم ممر الدهور وما فتئتم تودون
الى الان على عادة اجدادكم القدما الطاعة في كل شي للكنيسة الرومانية المقدسة
امكم وام جميع المومنين ومعلمتهم » الى قوله «نسالكم تكرارا بالرب ايها الابنا
الاحبا ونحثكم الحث البليغ لتفكروا ابدا انكم اشد التزاما من البقية للمسيح ربنا
لانه حفظكم دايما وما برح يحفظكم ثابتين شديد الثبات في التعبد له والايمان
الصحيح والتكريم لابيه و روحه القدوس وقد امسككم الى اليوم في الاتحاد مع

que adeo Nobis procerto pollicemur, Te venerabilis Frater, majori dignitate, auctoritate, et honore cumulatum, majori sollicitudine, vigilantia, operâque fore adnixurum, ut istam inclytam Maronitarum Nationem, de qua distinctam æterno judici Jesu Christo rationem reddere debes, Apostolicæ huic S. Sedi semper addictissimam, et veluti Solem, inter offusissimas, tot errorum, tenebras, et caligines, lucidius præfulgentem, magis magisque, confirmes, illustres, adaugeas, et promoveas.»

Clemens quoque XIII. in Brevi ad Clerum, et primores gentemque universam Maronitarum, die 29 Junii an. 1767 dato, sic eos alloquebatur: « *Vos enim, quamvis magno locorum intervallo a Nobis disjunctos, tamen conjunctos vinculo charitatis, semper præsentes spiritu habemus, et præcipuo dilectionis affectu complectimur, et veluti filios carissimos gerimus in corde et in visceribus Jesu Christi, et merito, qui, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, vestræ et omnium fidelium Matri, et Magistræ debitam semper præstitistis, et etiam nunc more institutoque majorum vestrorum præstatis omnimode obedientiam .... Denique dilecti filii, vos in Domino etiam atque etiam rogamus, et adhortamur, ut consideretis assidue, quantum præ cætris debeatis Jssu Christo Domino Nostro, qui in vero sui, Deique Patris et Sancti Spiritus cultu, veraque pietate, et fide firmissimos perpetuo*

هذا الكرسي المقدس كرسي بطرس المغبوط الذي لما انحرف اولوا البدع عن صخرة ايمانه وتشتتوا عن وحدة الكنيسة الجامعة بغواياتهم العديدة امسوا ومحجة الخلاص الابدي في اقصى البعد منهم فنسالكم ان تجدوا ليلا تكون نعمته الخاصة التي اسبغها عليكم باطلة فارغة فيكم اقتفوا اثار قدمايكم وحافظوا بالحرص والجهد على الثنا والاكليل اللذين خلفها لكم اوليك فانما اكليلكم بالرب كونكم كرمتم على ممر الاعصار الكنيسة الرومانية باحترام فايق دايم»

وهوذا مقال البابا اكليمنضوس الرابع عشر في رسالته الى البطريرك يوسف اسطفان في ١٠ تشرين الاول سنة ١٧٧٠ «انكم ستبرهنون اوضح البرهان وتثبتون لنا بادلة ساطعة بالبيان تعلق طايفتكم القديم الغير المنفصم بكاتدرا بطرس الزعيم» وقال البابا بيوس السادس في رسالته الى المطارين والاساقفة والاكليروس والمعتبرين والشعب الموارنة في ١٧ تموز سنة ١٧٧٩ «انبذوا عنكم كلما ينقص مجدكم السالف الذي سلكتم به على الخصوص في كل حين ومصدره هذه السدة الرسولية سدة بطرس الطوباوي فحافظوا عليه برغبة سامية وطاعة عامة»

---

vos præstitit ad huc, et præstat, et huic hactenus adhærentes attinuit B. Apostoli Petri Sacratissimæ sedi, cum qua fidei Petra tam multæ sectæ cum ab unitate catholicæ Ecclesiæ diversis erroribus distractæ non cohæreant, a vera Salutis æternæ via quam longissime absunt. Peculiaris hujusmodi misericordiæ erga vos Dei gratia satagite, quæsumus, ne vacua in vobis sit gloriosa majorum vestrorum vestigia sectemini, et quam illi vobis reliquerunt laudem et coronam, diligenter, et caute tuamini, corona enim vestra est in Domino, quod hanc sanctam Romanam Ecclesiam insigni et perpetua devotione semper prosequuti estis.»

Et Clemens XIV. in Brevi, die 10 Octobris an. 1770, ad Josephum de Stephanis, Maronitarum Patriarcham dato, dicebat: « *Ita enim probaturi luculenter eritis, nobisque clarissimis indiciis confirmaturi pristinam vestræ gentis ac semper ut scribis addictissimam Beati Petri Cathedræ voluntatem.* »

Pius autem VI. in epistola ad Archiepiscopos, Episcopos, Clerum regularem et secularem, magnates, et universam gentem Maronitarum, die 17 Julii an. 1779 data, hæc eis dicebat: « *Amovete, igitur, a vobis, omne minuendæ vestræ pristinæ gloriæ discrimen, quæ in eo potissimum semper est versata, ut quæ ab Apostolica hac, B. Petri, cathedra derivata essent, eadem summo studio, atque unanimi observantia consectaremini.* »

وقال البابا بيوس السابع في رسالته الى البطريرك يوحنا الحلو ومطارينه واسافقته في غرة تشرين الاخر سنة ١٨١٦ «لعمري انه يعذب لدينا جدا ان نتذكر تلك الالفاظ التي قرظ بها سالفنا العلامة بناديكتوس الرابع عشر طايفتكم ايها الاخوة الموقرون قايلا وان احدقت بكم في ذلك الجبل من كل جانب امم مختلفة فكنتم متحدين كل وقت بالايمان الارثوذكسي ومستمسكين بكرسي بطرس المطوب واستقرى كلامه مشبها اياكم تارة بورد ازهر بين الاشواك وطورا بصخرة لا يزعزعها تراكم الزعازع اللاصمة لها بشديد قوتها» وقال من براة بعث بها الى البطريرك والروسا المذكورين في ٢٠ ايار سنة ١٨١٩ «لا يخفانا كم تلالا وسيتلالا نور ايمانكم في ظلام الكفر والانشقاق البهيم وانتم مفرغون اقصى المجهود في تثقيف الخصال كما تستلزمه السنن المسيحية ولهذا انعطف اسلافنا الاحبار الرومانيون الى طايفتكم بود مخصوص لاختبارهم فيها كل وقت اشد الاتحاد مع الكرسي الرسولي»

وقال البابا بيوس الثامن من رسالة بعث بها الى البطريرك يوسف حبيش في ١١ كانون الثاني سنة ١٨٣٠ «اننا قد حملنا دايما على ان نعتبر باسمى الاعتبار الطايفة المارونية الجليلة التي يثني عليها ويعظم شانها كل

Pius etiam VII. in Brevi dato die 1 Novembris 1816. ad Patriarcham Joannem Dolcem, Archiepiscopos, et Episcopos Maronitas ajebat: « *Nobis quidem VV. Fratres dulcissima est eorum verborum recordantia, quibus prædecessor Noster Sapientissimus Benedictus* XIV. „*Vos, in isto monte positos, et infidelibus populis undique circumseptos, fidei tamen orthodoxæ, ac B. Petri cathedræ, firmissime, adhærentes, contemplans vos ipsos, modo similes rosæ, dixit, inter spinas florenti, modo solidissimæ cauti, quæ nullo, furentium, adversus eam, procellarum impetu, quatiatur.* » Et in Brevi quem, die 20 Maii an. 1819. ad eosdem, dabat, Patriarcham, Archiepsicopos, Episcopos, dicebat: «*Neque enim Nos fugit quantum, inter medias infidelitatis obstinatique schismatis, tenebras, fulserit, fulgeatque fides vestra cum sedulo, morum ad christianas leges exigendorum, studio conjuncta. Hinc factum est, ut summi Pontifices, Decessores Nostri, præcipuo quodam charitatis affectu, gentem vestram respexerint, quam sedi Apostolicæ obstrictissimam, semper experti, sunt.*»

Et Pius VIII. in Brevi ad Patriarcham Josephum Habaiscium, die 11 Januarii, an. 1830. dato, quæ sequuntur dicebat: « *Magno semper in prætio habuimus inclitam istam Maronitarum gentem, quæ ob veterem atque in tot rerum, ac temporum*

ذي صلاح لاستقامتها القديمة وثباتها الغير المتزعزع على الايمان الكاثوليكي مع تقلبات الايام وصروفها ولخلوص احترامها الكرسي الرسولي)) وقال البابا غريغوريوس السادس عشر من براة ارسلها الى البطريرك المار ذكره في ١٤ تموز سنة ١٨٣٢ ((اما نحن المرتقون بالحكم الالهي الذي لايبحث عنه الى هذا الكرسي حيث نشات الوحدة الكهنوتية فنوكد لك اننا سنهتم كل حين وفي الاهتمام بخراف قطيعك الشديد الاستمساك كل زمان بالايمان القويم وان وجد في وسط امة ردية فاسدة))

ان المطالع المنصف بالانصاف يقضي بلا بد ان بهولا الشهود الاسمى من كل طعن الغني عن كل بينة وحجة في اثبات حكمنا وافحام كل خصم منددبنا وقاذف لنا بان قدمانا حادوا عن محجة الايمان القويم وعدلوا عنها الى ضلال سقيم لعمرك ان من زعم خلافا لما اثبت هولا الاحبار الاعظمون والجهابذة المنفردون اوقع بهم اهانة بدعواه خطاهم واصابته وقلة خبرتهم ودرايته وكونه فوقهم علما وكونهم دونه فيها وكل يرى ان اقوالهم تابي التاويل وهي نص لايحتاج

vicibus,invictam in Catholica fide constantiam, sincerumque erga, sanctam hanc sedem,obsequium, aqud bonos omnes celebratur.»

Gregorius tandem XVI. in Brevi ad eundem Patriarcham Josephum Habaiscium,die 14 Julii an. 1832 dato,hæc asserebat « *Ad nos autem quod attinet divina inscrutabili judicio,in hanc Cathedram evectos, unde unitas sacerdotalis exorta est, Tibi confirmamus et oves et agnos istius gregis omni tempore,licet in medio nationis pravæ,veræ fidei retinentissimi, maximæ semper fore nobis curæ.»*

Sane extra dubium esse puto, quod quicumque æquo, impartialique animo hæc quæ hucusque retulimus,perlegeret, judicaturus sit, nos, his omni exceptione majoribus testibus,innitentes, nihili amplius indigere, ad propositionis nostræ veritatem evincendamet, ad redigendum,ad silentium,quemcumque adversarium,nos diffamantem, et conviciis impetentem, majoresque nostros a recta orthodoxæ fidei tramite,aberrasse, et in errorem quempiam incidisse,blaterantem.Etenim quicumque,contra ea,quæ summi hi, et scientia illustres,Pontifices docuere, aliquid asserere auderet, eos ipsos contumelia afficeret, utpote qui illos, ignorantia in errorem ductos fuisse, et perspicacia, criterio et scientia inferiores se esse præsumeret. At quamquam cuique pateat, hæc Romanorum Pontificum dicta, nullum dare ambagibus locum, textumque esse,qui commentario non indigeat, assumptumque

اقامة الدليل وعلى كونها البين للاثبات والبنات لا نكتفي بها بل نضيف اليها
اقوال العلماء المحققين والمورخين المدققين تاييدا لما جينا باثباته واخجالا لخصمنا
بشتى رواياته ومدعياته

nostrum disertissime probent, nos tamen, aliqua ex iis, quæ ab aliis perillustribus auctoribus, præcipue criticis historiographis, de hac re dicta sunt illis, addemus, et ad magis magisque assumptum nostrum, lucide solideque probandum, et ad adversarium nostrum, in inanibus assertionibus suis, plenius confundendum.

الفصل الثاني

في تايد قضيتنا باقوال العلما المحققين والمورخين المدققين

ان استقرا اقوال كل من ايد قضيتنا من المولفين لامر طويل المجال مهل . فيجتزي رغبة في الايجاز اولا بالاستشهاد باقوال بعض كردينالية الكنيسة الرومانية لتقدم شهادتهم لقربهم من مركز وحدة الدين ولاولويتهم بمعرفة من حافظ عليه ومن اخل به . ثانيا بذكر شهادات بعض العلما الاعلام الذين ارسلهم الاحبار الاعظمون روسا الدين المسيحي الى الموارنة لمهام دينية او ارشادات ادبية وبعضهم اقام حقبات بين الموارنة فلشهادة هولا ايضا تفضيل للتيقن بعلمهم ومخبرتهم ولان امر الدين جل ما ارسلوا له واول مهامهم . ثالثا برواية اقوال بعض المولفين المحققين المعتمد على تصحيحاتهم والموثوق بروايانهم ولنا من الرتب الثلاث شهود اكثر من ان يحصوا ويلجينا الايجاز الى الاكتفا باستشهاد بعضهم فقط

ARTICULUS SECUNDUS

CONFIRMATIONEM CONTINENS PROPOSITIONIS NOSTRÆ EX IIS QUÆ AB AUCTORIBUS, QUI EX COGNITA CAUSA SCRIPSERUNT, ET A CRITICIS HISTORIOGRAPHIS DICTA SUNT.

Longum tediosumque foret, omnia, quæ ad rem nostram faciunt, auctorum dicta, citare; ideo, brevitatis gratia, multa prætermittemus, satis esse ducentes citare 1º aliqua ex S. R. Ecclesiæ, Cardinalium, dictis, utpote qui, quatenus propius adstant centro unitatis Fidei, melius censendi sunt agnoscere eos, qui sartam tectamque eam fidem servarunt, et eos qui ab ea aberraverunt. 2º aliqua ex dictis illustrium virorum, quos summi Pontifices, Religionis Christianæ capita, nonnullorum religionis negotiorum, aut moralium instructionum causa, ad Maronitas miserunt, et quorum monnulli multa lustra apud Maronitas transegerunt. Horum quoque testimoniis præferentiam dandam esse putamus, eo quod supponendi sunt, scientia, et experientia pollentes fuisse, et quia fidei negotium, primus, et præstantior, eorum missionis, erat scopus.. 3. aliqua ex historiographorum criticorum dictis, quorum judicio, et relationi plena habetur fides. Ex his autem tribus cathegoriis, plus quam numerari possint, testes habemus, ideoque, ut diximus, pauca ex illis, tantum, citabimus.

قال الكردينال بندبني من رسالة بعث بها الى البطريرك يوحنا مخلوف في ٣٠ تموز سنة ١٦٢٥ بعرض اخباره عن طبع بعض كتب كنايسية « ان الاحبار الرومانيين قد اتحفوا بانعامات جليلة بمقتضى فروض وظيفتهم الرعائية الطايفة المارونية الخاضعة للايمان الكاثوليكي والكرسي الرسولي كما تذكرون.... ولذا بعد البحث الجهيد في هذه الكتب ومطالعة لاهوتيين اخرين ايا ها اعرضنا امرها على الاب الاقدس فشمله سرور لا يباح وصفه لان الله تنازل بوافر سخايه ان يحفظ عندكم ايمان الكنيسة الرومانية كاملا دون انثلام او فساد وان كنتم بعيدين عنها مسافة اصقاع وبحور قاصية ويحدق بكم من كل جانب اعدا كثيرون لهذه الكنيسة . على انه قد روى في ذلك بعض ما كان له ان يوقع شبهة لو لم يفسره باقي عبارات هذه الكتب واعترافكم بها اعترافا بينا بالايمان الكاثوليكي . ولئلا يلحظ وقتا ما انكم تخالفون التعليم الرسولي ولو لفظا انتم الذين لا تخالفونه معنى امر الاب الاقدس بتهذيب ذلك واصلاحه على اسلوب الكنيسة الرومانية » وقال الكردينال يوليوس ماريا دلا صوماليا رئيس مجمع انتشار الايمان المقدس من رسالة بعث بها الى البطريرك يوسف حبيش في ١٤ اب سنة ١٨٢٤ « انه على قدر ما تسامى عظم ثبوت الطايفة المارونية كل زمان في

Cardinalis itaque Bandini in epistola, quam die 30 Julii, anno 1625. Patriarchæ Joanni Machlufio misit, de nonullorum ecclesiasticorum librorum impressione loquens, dicebat « *Maronitarum gentem, erga catholicam fidem, et sedem Apostolicam, uti dicis, obsequentem Pontifices Romani, pro pastoralis ipsorum curæ officio, opportunis proseqquuti snnt favoribus......unde post diligentem ejusmodi librorum examinationem, adhibito etiam aliorum theologorum studio, facta per nos S.S. D. N. relatione, Sanctitati suæ summo gaudio et lætitia fuit, quod Romanæ Ecclesiæ fidem, apud vos, etiamsi longissimo terrarum. ac marium spatio separatos, et tot hostibus ejusdem Ecclesiæ undequoque circumdatos, Deus opt. Max. integram, et incorruptam conservare dignatus sit; quædam tamen observata sunt, quæ suspicionem aliquam ingerere potuissent, nisi aliis eorundem codicum verbis, quibus luculenter Catholicam fidem profitemini, explicata mansissent. At ne ullo nuquam tempore, etiam verbo, ab apostolica doctrina dissidere videamini, qui sensu non dissidetis, ea omnia ad normam Romanæ Ecclesiæ corrigi, et emendari S.S. D.N. jussit»*

Pariter eminentissimus vir Cardinalis Julius Marja Della Somaglia sacræ Congnis de Propoganda Fide præfectus, in epistola ad Josephum Habaiscium Maronitarum

حفظ وديعة الايمان من غير دنس وقيامها دون انفصال على الاتحاد مع الكرسي الرسولي الروماني المقدس كانت المسرة للاب الاقدس البابا لاون الثاني عشر لدى وطا لعته ايضاحات التعلق والطاعة الابنية واعلانات السرور التي ابديتموها له باسم قطيعكم كله بعرض التهنية بارتقايه كاتدرا القديس بطرس » هذا ما اخترناه من شهادات اصحاب الرتبة الاولى ومن اصحاب الرتبة الثانية نختار شهادة الاب فرنسيس سوريانوس وكان قاصد الكرسي الرسولي عند الموارنة في ايام البابوات اسكندر السادس وبيوس الثالث ويوليوس الثاني ولاون العاشر فقال من رسالة بعث بها الى البابا لاون العاشر سنة ١٥١٤ « ان الموارنة جميعاً محافظون بلا ريب على الامانة الارتودكسية ومتشبثون بها ويودون كنيسة رومة المقدسة من الاكرام غايته كالابنا الصالحين المتعبدين ولم ينحرفوا عنها وقتاً من الاوقات في ما يخص خلاص النفوس » (كما في اصلية هذه الرسالة التي احضرها من رومة القس بطرس الماروني رسول البطريرك سمعان الحدثي الى لاون العاشر وهي محفوظة في خزانة بطريركيتنا) * ثم شهادة الاب ايرونيموس

Patriarcham die 14 Augusti an. 1824. data sic eundem Patriarcham alloquebatur «*Quo major fuit omni tempore Maronitarum Nationis constantia in deposito fidei illibate conservando, et in perpetua unitate cum S. Romana Apostolica sede custodienda, eo major fuit lætitia, qua Ssmus D. N. Papa Leo XII. suscepit devotionis, et filialis obedientiæ testimonia, et expressiones jubili quas, occasione exaltationis suæ super Petri Cathedram Dominatio Tua, nomine etiam totius gregis sui obtulit* (vers. ex italico originali.)» Et hæc ex primæ cattegoriæ virorum dictis retulisse sat est.

Et ex sæcundæ placet, ea, referre, quæ P. Franciscus Sorianus, apud Maronitas, Sanctæ Sedis Apostolicæ, Alexandro VI., Pio III., Iulio II., et Leone X., Pontificibus Maximis, legatus in epistola, quam e Libano Romam, anno 1514. ad Leonem X. scripsit «*Maronitæ omnes sartam tectamque sine ullo dubio orthodoxam fidem servant, eique maxime adhærent, et Ecclesiæ Romanæ utpote optimi, et devotissimi filii, omnem reddunt honorem, ab eaque, nullo tempore, in iis quæ animarum salutem respiciunt, separati sunt.* (Sic habetur in originali autographo, per quemdam Petrum Presbyterum Maronitam, Maronitarum Patriarchæ, Simonis Hadetensis, ad ipsum Leonem X. legatum, Roma in Libanum allato, et in Patriarchali archivio conservato).»

Placet etiam referre aliqua, ex his, quæ in libro missionis suæ Apostolicæ, scripsit P. Hieronymus Dandini S.J., quem Clemens VIII., ad Maronitas, an. 1595. mi-

دنديني اليسوعي الذي ارسله البابا اكليمنضوس الثامن الى الموارنة وعقد بحضرته مجمعهم سنة ١٥٩٥ فقال في راس ١٩ من كتاب سفارته هذه متكلما في مارون اي يوحنا مارون (وكان يرى ما راه غيره ان يوحنا مارون مضى الى رومة) «وعاد منها بطريركا على اوليك المومنين الذين ما انفكوا امنا ثابتين في الدين الكاثوليكي وما فتئوا من تلك الايام يودون الكرسي الرسولي الروماني احترامهم» ثم في راس ٢٧ من هذا الكتاب تكلم في عادات سيئة واضاليل تلاحظ الايمان اتهم الموارنة بها فقال «ولما بذلت اهتماما كبيرا باحثا عن ذلك بنفسي وبلاحظات مدققة اتخذتها من غيري لهذا المقصد فلم اجد ما يدل على ذلك البتة... وزكنت جيدا ان ما ذلك الا تهمة رشقوا بها وما نسبة ذلك اليهم الا افظع الكذب» اخيرا شهادة الاب عبد الاحد انطونيوس دي لوكا من رهبان القديس فرنسيس في خطبته في ٦ نيسان سنة ١٧٦٢ بحضرة البابا اكليمنضوس الثالث عشر والكردينالية وانيف من الطوائف الشرقية بعرض تثبيت البطريرك يوسف اسطفان حيث قال واجاد «ايها الاب الاقدس ان ما انبئه البابا بناديكتوس الرابع عشر سالف قداستكم عن قرب متكلما في اصل السريان الموارنة وايمانهم بقوله «ان الموارنة كانوا كل حين كما هم الان كاثوليكيون

sit, et in cujus præsentia synodus Nationalis celebrata fuit a Maronitis. Hic itaque, capite 19; de Marone, seu Joanne Marone, loquens (Dandinus videtur sensisse id quod multi, scilicet Joanem Maronem, Romam profectum fuisse) dicit « *Reversus est illuc* (in Libanum) *Patriarcha eorum, qui constantes, et fideles inventi fuerant, et ab illo tempore, devotionem erga S. Sedem Romanam servaverunt.* » Et capite 27 loquens de nonnullis abusibus, et erroribus, fidem respicientibus, Maronitis tributis, dicit « *Et quoniam, per multas diligentias, quas ego adhibueram, in observando per me ipsum, et in colligendo exactas notitias ab aliis, ne minimum quidem harum* (inculpationum) *indicium habuissem.......compertum, omnino, mihi fuit, eos fuisse calumniatos, et falsissime inculpatos.* »

Tandem referre juvat, quæ P. Dominicus Antonius de Lucca, ordinis F. Minorum observantium, dixit, occasione confirmationis Patriarchæ Josephi de Stephanis, in oratione, coram Clemente XIII., et S. R. Ecclesiæ Cardinalibus, pluribusque orientalibus habita. « *Beatissime Pater, Quod Benedictus Quartus decimus Sanctitatis Tuæ proximus Decessor de Syrorum-Maronitarum origine, et fide in Consistorio disserens, affirmavit, " Maronitas fuisse semper quales hodie sunt, in-*

بالكلية ومتحدون اكمل الاتحاد مع هذا الكرسي المقدس ،، فهذا يشهد به اخوتنا ايضا وهم ما زالوا يشتغلون بحسب طاقتهم في كرم الرب في سورية وفلسطين منذ زمان ابينا القديس فرنسيس حتى اليوم واشهد به انا ايضا وقد مارست الرسالة الرسولية في تلك الاصقاع سنوات عديدة على انه ما حاجتنا الى الشهود وقد سمعنا في هذا النهار بطرس الرسول الذي اسس الكنيسة الانطاكية مجتازا بها وخلف الى الابد السلطان الرسولي الذي قبله من المخلص لهذا الكرسي الروماني الرفيع متكلما بفم قداستكم بتقريظ سام ومشرف ليوسف بطرس المنتدب بطريركا انطاكيا ولطايفته المومأ اليها ››

ومن شهادات باقي العلما والمورخين نذكر ما قاله الاب يوسف بيسون اليسوعي في كتابه في سورية المقدسه ‹‹ان الطايفة المارونية كلها مسيحية كلها كاثوليكية منذ اثني عشر جيلا›› يريد بذلك من ايام القديس مارون الذي انتقل الى دار البقا في اوايل القرن الخامس الى القرن السابع عشر الذي كان فيه المولف المذكور وقال الاب بريسيوس الكبوشي في حواشيه على مختصر تواريخ بارونيوس في تاريخ سنة ٤٠٧ الذي طبعه في العربية في رومة

tegre Catholicos, et cum hac Sancta Sedê conjunctos''; id et testantur Fratres nostri, qui ab ipsis S. P. Francisci temporibus usque in præsentem diem in Syria, et Palestina vineam Domini Sabaoth. pro viribus, colunt; id ipsum, et ego testatum facio, qui, plurium annorum spatio, in illis regionibus munere Apostolicæ Missionis sum defunctus; sed quid egemus testibus? Quum, hodierna die, audivimus Petrum Apostolum qui in transitu Antiochenam Ecclesiam fundavit, et in consummatione Apostolicam Potestatem a Christo Domino acceptam supremæ huic Romanæ Cathedræ reliquit, per os Sanctitatis Tuæ tam præclarum, tam honorificum, de Josepho Petro electo Patriarcha Antiocheno, deque ejus Nations elogium proferentem.»

Ex testimoniis autem historiographorum, satis esse ducimus referre, quæ P. Josephus Besson, S. J. in opere, cui titulus, Syria Sacra, «*Totam, scilicet, Maroniticam gentem Christianam esse, totam Catholicam a duodecim sæculis*» Duodecim autem sæculis, vult spatium a tempore S. Maronis, qui initio sæculi V. ex hac vita migravit, decursum, ad sæculum XVII, in quo ipse auctor vivebat.

Pater quoque Britius Rhedonensis Capuccinus, in notis ad Baronii historiam, quam in compendium redactam Romæ Arabice, an. 1653, typis mandavit, ad annum

سنة ١٦٥٣ ما ملخصه ((لا ذكر في تواريخ البيعة القديمة ولا في المجامع الكبار
او الصغار انه كان رجل اراتيكي في احد الاعصار اسمه مارون وليس من داب
المورخين الاغفال عن امر كهذا وليس من عادة المجامع السكوت عن ذكره
وذكر بدعته وحرمه فقد ذكرت فيها الاراطقة فردا فردا ولم نجد شيا عن
مارون في مجمع او تاريخ . ونيكوفوروس المورخ الرومي عد في تاريخه اليوناني
المبدعين الشرقيين كافة واحدا فواحدا ولم يات بذكر مارون او الموارنة .
وان قيل ان ذلك في الترجمة العربية للمجمع السادس وفي تاريخ سعيد بن
بطريق وغيره من الملكية ومن نقل عنهم . قلنا تلك زيادة من زيادتهم على
المجامع كذبها بين فاعمال المجامع اليونانية واللاتينية لا اثر فيها لشي من ذلك
وقد ترجمت منها العربية . فبان ان هذا من فضول الملكية المتاخرين))

وقال انطونيوس زانوليني معلم اللغات الشرقية في مدرسة بادوا في مباحثه
عن اللغة السريانية المعلقة على قاموسه السرياني وجه ١١ ((ليس من مرتاب
بان الموارنة اصلهم من هذا القديس الانبا (مارون))) وقال في وجه ١٢

---

407. asserit «*Nulla in Ecclesiæ historiis, aut in Majorum, vel minorum Conciliorum Actibus, invenitur mentio hominis hæretici, nomine Maronis, qui aliquo sæculo extiterit, nec in historiographorum more positum est, hujuscemodi rem negligere' neque solent Concilia talem mentionem, et nomini, ac sectæ hujuscemodi, excomunicationis, et reprobationis notam inurere, prætermittere. Itaque tam in Ecclesiæ historiis, quam in Conciliis, hæreticorum omnium nomina singillatim memorantur, at in nullo Concilio, aut historia invenimus quidquam de Marone, aut ejus erroribus; et Nicephorus, Historicus Græcus, in historia sua ominum Orientalium Hæresiarcharum, nomina refert singillatim, at ne verbum quidem facit de Marone, aut de Maronitis; et siquis diceret hoc in sextæ synodi actuum arabica versione inveniri, et in Said-Eben-Patrik, et aliis ex Melchitis, et qui eorum vestigia sequentes transcripserunt, huic respondere facile est, illud esse ex additionibus, quas ipsi, in conciliorum actus inrtoduxerunt, et cujus mendacium patet. Etenim Conciliorum actus Latine, et Græce exarati, a quibus Arabica versio emanavit, nihil hujusmodi continent: Patet igitur illud esse recentiorum Melchitarum interpolationem.*»

Antonius etiam Zanolini, in Seminario Patavino L. L. O. O. professor, in suis disputationibus de lingua Syriaca, lexico Syriaco præmissis, pag. XI. sic dicit «*Ab hoc Sancto Abbate* (Marone) *Maronitas originem traxisse, nemo est qui ambigat*»

((ان الايمان الذي تسلمه الموارنة من الرسل حفظوه كل حين سالما كاملا لم يعره فساد باجتهاد القديس مارون وتلامذته واهتمامهم المتصل لانه قد روى ان اكثر المشرق غادر هذا الايمان لمحاولات المبتدعين الوبائية فانهم حاولوا نقض الايمان الرسولي في المشرق تبعا لنسطور واوطاخي . ولهذا حق لا للقديس مارون وحده بل لتلامذته ايضا المقيمين في الاديرة التي شيدها ان يسميهم جميع السريان الشرقيين ايمة الايمان الكاثوليكي كما يظهر جليا من اعمال المجمع الخامس المسكوني))

وليس لغير هذا المقصد قال الاب يوحنا دومينيكوس مانسي المحقق في تعقبه رواية نطاليس اسكندر نقلا عن تيموتاوس القس القسطنطيني ان ارطقة المشية الواحدة بقيت عند الموارنة بعد المجمع السادس ما نصه ((ان عبارة تيموتاوس هذه (في كتيبه في من يتقربون الى الكنيسة) وان وجدت في نسخة كومبيفيسيوس وغيرها الا انها لا وجود لها في النسخة التي طبعها كوتيلاريوس في اثار الكنيسة الرومية مجلد ٣ . ولذا يحتمل انها زيدت بيد حديثة ان صح تدبر كوتيلاريوس بان تيموتاوس هذا كان قبل المجمع السادس مع ان النسخ

Deinde pag. XII. sic habet «*Fidem quam ab Apostolis acceperunt Maronitæ, salvam, incolumem, et incorruptam, Maronis ejusque discipulorum assidua vigilentia, et cura omni tempore servarunt, licet fere totus Oriens ab eadem desciscere quodammodo visus fuerit ob pestiferos hæresiarcharum conatus, qui ante Nestorium, et Eutichetem quacumque ratione Fidem Apostolicam in Oriente labefactare oggressi sunt. Jure itaque non solum ipse Abbas Maro, sed ipsius etiam discipuli, in Monasteriis, ab eodem constitutis, degentes, ab omnibus Syris Orientalibus Catholicæ Fidei Antesignani dicti sunt, ut ex actis quintæ Oecumenicæ Synodi apertissime colligitur.*»

Et non ad aliud refertur id qnod, vir eruditissimus, et inter criticos maximo in honore habitus, Joan. Dominicus Mansi, in adnotationibus suis ad ea, quæ Natalis Alexander refert ex Thimotheo Presbytero Constantinopolitano, in opusculo "de his qui ad ecclesiam accedunt,, scilicet apud Maronitas, sextam post synodum, Monothelitarum hæresim permansisse, et hæc sunt verba Mansi. «*Hic Thimothei de Maronitis locus, quamquam extat in editione Combefisii aliisque, abest tamen ab ea, quam dedit Cotelerius in Monumentis Ecclesiæ Græcæ Tom.* III. *Pag.* 377; *atque recentiori manu adjectus, ideo credi potest, si valet conjectura Cotelerii putantis Thimotheum hunc, ante sextam Synodum vixisse; cum, tamen, in editionibus illis,*

التي تلحق الموارنة بالاراطقة المونيليتين يقال فيها ((ان الموارنة يرفضون المجمعين الرابع والخامس ويزيدون الصلب على التقديسات ويقولون بمشية واحدة وفعل واحد في المسيح)) فهذه الكلمات يرتاب بها كما مر لان اراطقة القائلين بالمشية الواحدة انما حرمت في المجمع السادس ولا عجب من ذلك لان كتاب تيموثاوس هذا من الكتب الطقسية التي تلحق بها كل كنيسة زيادات كيارها . على ان الموارنة مبرئون من هذه الارطقة خاصة كما اوضح السمعاني في المكتبة الشرقية راس ٤٤ مجـ ١ في تاوفيلوس الرهاوي وجه ٥٢١))

وقال باجيوس في تاريخ سنة ٦٣٥ عد ١٣ ((بل يظهر من اسم الموارنة نفسه انهم لم يتخذوا هذا الاسم عن مارون اراتكي فان العادة المستمرة في المشرق والمغرب ان الاراطقة اذا ارتدوا الى الايمان الكاثوليكي فان كانوا غربيين كاللوتاريين والكلوينيين دعوا كاثوليكيين وان كانوا شرقيين فان يعاقبة دعوا سريانا وان نساطرة كلدانا والمراد بهم جميعا كاثوليكيون الا ان تسميتهم سريانا او كلدانا انما هي لاختلاف الطقس او البطاركة الخاضعين لهم كما برهن فاوسطوس نيرون في المحل المار ذكره . ولما كان الموارنة يسمون الان بهذا الاسم ويطاريركهم

ex quibus Maronitæ hæreticis Monothelitis accensentur, sic legitur " Maronitæ qui quartam et quintam Synodum rejiciunt adduntque hymno ter sanctus crucifixionem, ac unam voluntatem, unamque operationem, in Christo dicunt,, verba hæc, ut jam innui, suspecta sunt, cum hæresis de unica Christi voluntate, nonnisi in Synodo texta damnata sit. nec est cur miremur, si in aliis editionibus leguntur, cum liber iste Thimothei sit ex Ritualibus, quibus singulæ ecclesiæ additamentum, pro suo libitu, apponunt. Cæterum Maronitas puros esse, ab hac peculiari hæresi, notat Assemanus in Bibliotheca Orientali cap XLIV in Theophilo Edesseno pag 521.»

Et Pagius, ad annum 635, No. 13 de Maronitis sic scribit « *Imo ex denominatione Maronitarum colligitur, eos non sic fuisse appellatos ab ullo Marone hæresiarcha. Usus enim viget tam in Oriente, quam in Occidente, hæreticos Fidei Catholicæ reconcilatos, si Occidentales sint, uti Lutherani, et Calvinistæ vocari Catholicos. Sin vero Orientales, si Jacobitæ fuerint Syros, si vero Nestoriani, Chaldæos sive Assyrios nuncupari. Et quamvis omnes esse Catholici subintelligantur, hanc tamen Syrorum, et Chaldæorum, seu assyriorum denominationem sortiuntur, tum propter eorum Rituum diversitatem, tum quia, sub diversis sint constitati Patriarchis, uti demonstrat Faustus Naironus, loco citato, Maronitæ itaque cum modo hoc no-*

يدعوه الاحبار الاعظمون في براءاتهم من ايام اينوشنسيوس الثالث بطريرك الموارنة الانطاكي فينتج باللزوم ان لفظة ماروني دلت كل حين على شخص كاثوليكي »

والاب ميخائيل لاكويان بعد ان فند باسهاب وفي صفحات عديدة من اول المجلد الثالث من مؤلفه المشرق المسيحي حكايات سعيد ابن البطريق وغوليلموس اسقف صور وغيرهم ابرأنا القديس مارون والموارنة من كل شائبة ارطقة قال في الفهرست المعلق باخر هذا المجلد « ومع هذا زعم كثير من المؤلفين المجددين مستندين خاصة الى سعيد البطريرك الاسكندري في الجيل العاشر وغوليلموس الصوري الذي كتب في الجيل الثاني عشر ان الموارنة انتحلوا في البدعتين المونوفيزيتية والمونوتليتية وانهم جحدوا اخيرا في اخر القرن الثاني عشر الارطقة المونوتليتية التي ابتدعها مارون ما عمدة شيعتهم كان احدث كثيرا من مارون الاخر الا انه من الواضح ان سعيد هذا لا يستحق شيئا من المصادقة فان تاليفه مشحون غالبا بخرافات شنيعة ويشوش بذلك كل تاريخ الاجيال الثلاثة التي قبله . واما رواية غوليلموس عن ارتداد الموارنة في زمانه الى الكنيسة فلازم قصرها قطعا على بعض منهم قد تدنس سنين قليلة فقط قبل ذلك

---

men gerant, et a summis Pontificibus, a tempore Innocentii III eorum Patriarcha, in Bullis Apostolicis, appelletur Patriarcha Antiochenus Maronitarum, necessario sequitur, hoc nomen MARONITA, semper Virum Catholicum indicasse »

Michael quoque Le Quien postquam in operis sui, cui titulus Oriens Christianus, primis voluminis tertii paginis, Said-ben-Patrik, seu Eutichii Alexandrini, Gulielmi Tyrii, et aliorum fabulas diffuse confutaverit, sanctum Maronem, et Maronitas, ab omni hæresis labe purgando, demum in indice, volumini tertio apposito, sic loquitur. « *Maronitas tamen, recentiorum plerique Eutichii præsertim Patriarchæ Alexandrini sæculi X. et Willelmi tyrii scriptoris sæc. XII. auctoritati innixi reos faciunt Monophysismi, et Monothelismi, contendentes a Marone quodam sectæ antesignano, qui alio Marone longe recentior fuit, hæresim imprimis Monothelíticam adinventam, quam ii demum sub finem sæculi XII. ejuraverint. Verum Eutichius ille nullam fidem evidenter meretur, quippe qui putidissimis passim scateat mendaciis, et quo ad hoc totam trium sæculorum anteriorum pessumdet histriam. Narratio autem Willelmi de Maronitarum reditu ad Ecclesiam, suo tempore, omnino restringenda est ad aliquam illorum partem, paucis dumtaxat annis antea viru*

بالوصمة المونوتيليتية »

وقال الاب اكليمنضوس بياجي الكامالدولنسي مترجم قاموس برجر الى الايطاليانية في الحاشية على كلمة موارنة « ان المولف صدق بجهل المولفين اعدا السريان الموارنة على ان المولف النقيه صاحب المحاماة عن القديس يوحنا السروي المسمى مارون اول بطاركة السريان الموارنة الانطاكي المطبوعة في رومية سنة ١٧٦٩ قد ابان بادلة لا يشوبها ريب وبرهانات عديدة ان كنيستهم كاثوليكية منذ وجدت ولم تصر قط مشاقة او اراتيكية في احد الاوقات بل استمسكت دايما بايمان الكنيسة الرومانية فالايجاز المندوبون اليه في هذا القاموس لا يوذن ان نشرح كل ما يلزم هنا من الحوادث وان نكشف المكر الذي يستخدمه اعدا كنيسة السريان الموارنة هذه ولا ان نبين بشهادة اعمال فريدة كم للكنيسة الرومانية عند هولا الموارنة من الحرمة والاعتبار واية بساطة مسيحية وحيدة تعم قلوبهم وحقوقهم فنجتزي باقامة بعض بينات وكيدة ثابتة على ايمانهم هي ثمرة الفحص المدقق الذي باشره الاحبار الرومانيون عن ايمان الموارنة المضطهد والموسع باقبح التهمات المكرية. فمن هولا الباباوات بيوس الرابع في براته الى بطريركهم

Monothelitico infectam.»

Et Italus interpres Bergerii dictionarii P. Clemens Biagii Camaldulensis, in nota ad verbum MARONITÆ dicit«*Auctor noster, infeliciter, fidem præstitit scriptoribus Syro-Maronitarum inimicis. Anonimus eruditus auctor operis, cui titulus "Apologia di S. Giovanni Sirimense sopranominato Marone primo Patriarca Antiocheno dei siri Maroniti. Romæ an.* 1769,, *omni majori certitudine, et multis argumentis demonstravit Ecclesiam eorum, ab eo tempore quo catholica fuit, nullo umquam tempore schismaticam, aut hæreticam evasisse, sed semper sequutam fuisse fidem ab Ecclesia Romana propositam. Brevitas cui tenemur, in hoc Dictionario, nobis non sinit huc referre anecdota, et detegere fraudes, quibus hujus Syro-Maronitæ Ecclesiæ inimici abusi sunt, nec ostendere factis singularibus, quanta hi veneratione Romanam Ecclesiam prosequantur, et qua amabilissima Christiana simplicitate pleni sint eorum animi et corda. Ideo satis ducimus, aliqua certissima, eorum fidei, describere, documenta, quæ eodem tempore sunt effectus accuratissimi examinis, quod de eorum fide, tot jaculis impetita, et nigerrimis, fraudulentissimisque calumniis, tecta, Romani fecerunt Pontifices. Hi sunt Pius* IV., *in Brevi scripto*

موسى في غرة ايلول سنة ١٥٦٢ وبولس الخامس في براته في ٢٨ تشرين الاخر سنة ١٦٠٨ الى المطارنة والاساقفة والاكليروس والشعب الموارنة ففي البراة الاولى تقريظ كنيستهم اذ لم يتمكن قرب الاراطقة والمشاقين اليها من افسادها واحادتها وفصلها من الكنيسة الرومانية . وفي البراة الثانية يثبت الحبر الاعظم ان الله تنازل بحنو فريد الى ان يحفظ شعب الموارنة دهورا مديدة في حقيقة الايمان الكاثوليكي في بهرة المشاقين واراطقة المشرق . واكليمنضوس الحادي عشر في براته الى البطريرك والطائفة في ٢٩ كانون الاخر سنة ١٧٢١ يقرظ الطائفة المذكورة تقريظا ساميا على حفظها الدين الحقيقي خير حفظ في كل حين اذ لم تحد عن الايمان بل حافظت على العقائد التي اخذتها عن قدمائها دون فساد على ممر الاعصار . والبابا بناديكتوس الرابع عشر اعلن في ديوان حافل ان الموارنة كانوا كل حين كماهم الان كاثوليكيون متحدون مع هذا الكرسي المقدس . والحاصل انه لامر وكيد للغاية لا يشوبه ريب ان كنيسة السريان الموارنة لم تنفصل قط عن الكنيسة الرومانية »

ان المعلم يوحنا المعمدان بالما مدرس علم التاريخ في مدرسة مجمع انتشار الايمان ومدرسة الاكليروس الروماني في المجلد الثاني من امثولات تاريخه

ad Patriarcham Moysem, die 1. Septembris an. 1562, et alio Pauli V. scripto die 28 Novembris an. 1608 ad Archiepiscopos, Episcopos, Clerum, et populum Maronitam. In illo laudatur Ecclesia eorum, quam ''nec hæreticorum, aut schismaticorum propinquitas corrumpere, et ab Ecclesia Catholica abducere et separare potuit,, in hoc affirmatur Deum, in medio inundationis schismaticorum, et hæreticorum Orientis " singulari Clementiæ suæ dono, in Catholicæ fidei veritate, tot secula, conservare dignatum esse populos Syro-Maronitas,,. Clemens XI. in Brevi ad Patriarcham, et Nationem directo, die 29 Januarii an. 1721. Alte laudat eamdem: quia,, veram, solidamque pietatem SEMPER egregie coluerit, et NUNQUAM a fide fluctuans...... dogmata a majoribus accepta, servare perpetuo studuerit incorrupta. Benedictus XIV in publico Consistorio declaravit quod,, MARONITÆ fuerunt, SEMPER, quales et hodie sunt, INTEGRE CATHOLICI, cum hac S. Sede conjuncti....... Proinde certissimum est, quod Ecclesia Syrorum Maronitarum, numquam a Romana separata fuit.»

Joannes Baptista Palma, Sacerdos Romanus, in almo Collegio Urbano S. Congr. de Propaganda Fide, atque in Pontificio Seminario Romano, historiæ Ecclesiasticæ

الكنابي من وجه ١٦٧ الى وجه ١٧١ الذي طبعه في رومة سنة ١٨٣٩ قد فند التهمة الواردة على الموارنة باعتقاد المشية الواحدة قائلاً في مستهل كلامه «قبل ان اختتم تاريخ هذا الجيل السابع سبيلي ان اتكلم في ما اتهم بعض به الطائفة المارونية بانها تشبثت ببدعة المشية الواحدة ... ولهذه التهمة لم تخل الايام الحاضرة ممن شنع معتقد الموارنة مرتكبا غاط الفعل ... وما ورد عن ان القديس مارون نفسه الذي اخذ الموارنة اسمهم عنه شجب ببدعة المشية الواحدة لايستحق التفنيد بل الازدرا» الى ان يقول «ولا ينتج من تجديد الموارنة الاتحاد اونة مع الكرسي الرسولي انهم انشقوا من هذا الاتحاد قبلا فان الحبر الاعظم (بناديكتوس الرابع عشر) اثبت ان تجديد هذا الاتحاد لم يكن دليلا على انفصال جرى قبله بل هو دليل التعبد والتعلق والمحافظة على الايمان الكاثوليكي وكفانا هذا موونة رد التهمة المذكورة ولزيادة البيان لهذا الامر طالع ما كتبه العلامة لاكوبان في مجلد ٣ من المشرق المسيحي في كنيسة الموارنة حيث يتكلم من وجه ٤ الى وجه ٤٠ بفقاهة في هذا الشان ويفند اتهام الطائفة

Professor, in prælectionibus, quas in supradictis Collegio, et seminario habebat, quasque Romæ an. 1839. typis mandavit, in secundi tomi parte I. a Pag. 167. ad Pag. 171. accusationem, qua nonnulli Maronitas Monothelitarum hæresi infectos fuisse, dictitant, confutat sic exordiendo. «*Antequam tamen, hoc præcipuum, sæculi VII. historiæ Ecclesiaticæ caput concludam, arbitror non futurum esse inopportunum, de ea accusatione aliqua dicere, quæ contra gentem Maroniticam allata est a pluribus...atque ex ista accusatione evenit, ut temporibus recentioribus, atque hoc ipso anno, per errorem facti fortasse, non defuerit, qui de Maronitarum fide detraxerit.....sunt etiam ea, non dicam confutanda, sed contemnenda, quæ afferuntur ut ipsum S. Maronem, ex quo gens Maronitica nomen suscepit, Monothelitismi reum fuisse ostendatur.....neque vero ex eo quod Maronitæ aliquando unionem, cum Apostolica Sede renovarint, inde sequitur, eos antea ab ea unione defuisse. Affirmat enim Pontifex* (Bened. XIV.) *hanc renovationem unionis, non defectionis quæ antea obtinuerit, sed devotionis tantum, adhæsionis, atque observantiæ argumentum suppeditare. Hæc satis omnino esse debent ad memoratam accusationem refellendam. Ad majorem tamen rei demonstrationem legenda sunt, quæ doctissimus Lequienius habet* Tom. III. *Orientis Christiani in Ecclesia Maronitarum de Monte Libano: nam eo loco a col.* 4. *ad* 40. *de ea re eruditissime pertractat, ac calumniam*

المارونية بارطقة المشية الواحدة وقد ابان لاكويان بين جملة براهينه ان شهادة سعيد البطاريرك الاسكندري كاتب الجيل العاشر في ك ٢ من تاريخه وغوليلموس الصوري كاتب الجيل الثاني عشر في تاريخ الحرب المقدسة ك ٢٢ راس ٨ لا تثبت هذه التهمة بشي لان كتاب سعيد مشحون بالخرافات ويفسد تاريخ الاجيال الفائقة بكليته في الامر الواقع فيه كلامنا واما شهادة غوليلموس فينبغي قصرها قطعا على بعض افراد موارنة سقطوا من زمن حديث الحوقت وجيز في بدعة المشية وجحدوها في عصر غوليلموس» وليس لغير هذا المعنى قال الاب رومر باخر في تاريخ الكنيسة العام المطبوع في بريس سنة ١٨٥٠ وجه ٣٥٣ مجلد ١٠ «ان يوحنا اسقف فيلادلفيا الذي اقامه البابا مرتينوس القديس نائبا للكرسي الرسولي في المشرق قد سره ما بلغه ان الموارنة نبذوا نير الدراكسة وتملكوا جبل لبنان وما جاوره من جانب انطاكية الى اورشليم ولئلا تعوزهم المساعدات الروحية اقام عليهم اسقفا يوحنا مارون راهب دير القديس مارون على العاصي» فمن اتهمنا ببدعة المشية الواحدة نسب الى هذا الضلال بطريركنا الاول فما يبرئه يبرئنا من هذه البدعة وهل يتفق التطاخه بها مع اختيار نائب الكرسي

---

refellit de hæresi Monothelitica, quam gens Maronitica, susceperit. Ostendit autem inter cetera Lequienius nihil facienda esse ad hanc accusationem probandam, testimonia Eutichii Patriarchæ Alexandrini, sæculi X. scriptoris lib 2. annal. vel Guillelmi Tyrii scriptoris sæculi XII. lib 22. Belli sacri cap. 8. nam Eutichii opus mendaciis abundat, et circa factum hoc, de quo sermo est, totam penitus trium sæculorum historiam ille pervertit. Quod vero spectat ad Guillelmum Tyrium, norratio ejus non est intelligenda, nisi de quodam Maronitarum numero, qui recentiore tempore, sed brevi, in Monotheliticum errorem Ginciderit, et uillelmi ætate illum detestatus sit.»

Eodem sensu loquitur Sacerdos Roherbacher, in historia universali Ecclesiæ Catholicæ Tom. X. editionis secundæ Lutetiæ Parisiorum an. 1850. typis impressa pag. 353. ubi sic dicit «*Joannes Philadelphiæ Episcopus, quem S. Martinus Papa sanctæ sedis in Oriente Vicarium constituerat, læto animo accepit eos* (Maronitas) *Saracenorum jugum excussisse, et Libani a longitudine sua Antiochiam versus, Hierusalem usque potitos fuisse. Ne autem spiritualibus subsidiis carerent, Episcopum eis dedit Joannem Maronem, ex S. Maronis ad Orontem Monasterio, Monacum.*»

Qui nos Monothelitarum hæresi infectos fuisse asserunt, hunc errorem, primo nostro Patriarchæ, tribuunt, itaque quod eum, idem et nos, ab hac hæresis menda,

المقدس له اسقفا وقاية منها وقد كان جل المقصد من نيابته ملافاة حال نصارى المشرق وصيانتهم من هذا الضلال كما يظهر من براة تنويبه الاتي ذكرها

اننا طلبا للايجاز عدلنا عن ذكر شهود كثيرين يثبتون قضيتنا منهم كانيسيوس اليسوعي في مولف التعليم المسيحي وانطونيوس بصوبن اليسوعي في استعداد الايمان وكرلوس برتلماوس بيانسا في كتابه المعنون المونولوجيون الروماني ويوحنا شيواريوس من فيرا في كتاب رحلته الى اورشليم وفرنسيس كوارسميوس في كتابه الكشف عن الارض المقدسة والبوللانديون في مجلد ٤ وجه ٣ في قصص القديسين في شهر تموز ودي لاروك في كتاب رحلته الى سورية ولبنان مجلد ٢ من وجه ٩ الى وجه ١٤٤ والكردينال اورسي في تاريخه الكنايسي سنة ٦٣٦ وبياجيوس في كتابه سورية المقدسة . وتوما الكرملي في كتابه ارتداد الامم راس ٢٢ وغيرهم

لا ريب انه يحق لنا ان نستشهد لمقصدنا بعلما طائفتنا ومورخيها بل لشهادتهم التفضيل على ما سواها للتيقن باولوية علمهم ومخبرتهم فهم ادرى بحال ابايهم وطايفتهم ولا يتصور تواطيهم على الكذب والمكر لاسيما ان كل من ذكرنا من شهودنا انفا

purgat. At fieri non potest, ut ea labe infectus fuerit is, quem S. Sedis Vicarius, Episcopum elegit ad hoc ut ejusdem labis periculum averteretur. Principalis enim Philadelphiensis Vicariatus scopus erat, ut Orientis Christianos ab hac hæresi retineret, servaretque, uti patet ex Brevi quo Vicarius constitutus fuit, de quo postea sermonem faciemus.

Brevitatis gratia, multa prætermittimus testimonia auctorum, qui propositionem nostram confirmant, ex his B. P. Canisii S. J. in opere. Summa doctrinæ Christianæ. Antonii Possevini ejusdem Societatis, in opere. Apparatus Sacer. Caroli Bartolomæi Piazza in opere. Monologium Romanum. Joannis Ceverii de Vera, in itinerario Hierosolymitano. Francisci Quaresmii, in Elucidatione Terræ Sanctæ. Bollandistarum Tom. 4. Pag. 3. in actis Sanctorum Julii. De la Roque in Itinere ad Syriam et Montem Libanum, Tom II. a pag. 9 ad pag. 144. Cardinalis Orsi Histor. Ecclesiastica ad annum 636. Biagii Syria Sacra, et Thomæ Biatiensis, in Tractatu de procuranda salute omnium gentium, cap. 22. et aliorum.

Extra omne dubium est, nobis licere, ad rem nostram afferre testimonia doctorum, et historiographorum, qui ex nostra sunt Natione, imo horum testimonia præferri aliis debent, ex eo quod quisque ratus esse deberet, eos præ aliis hoc scire, et callere. Ipsi enim, melius norunt statum patrum suorum, Nationisque, nec imaginari potest, eos, in mendacium fraudemque, convenisse, præcipue cum omnes,

يصادقون ما قرروا وهل نكذب بتواريخ افرنسة او انكلترا او جرمانيا لان افرنسيين
او انكليزا او جرمانيين كتبوها لعمري ان كون المورخ وطني بلد كتب تاريخه
يوجب لشهادته اعظم التصديق والاعتماد عليها مفضلة على شهادة اجنبي لتحقق علمه
على اننا لو تصدينا لرواية شهادات علمائنا في ثبات طايفتهم المستمر على الايمان
الكاثوليكي ومدافعاتهم لكل تجني خالف ذلك لطال بنا المجال ومل المطالع .
فنجتزي بذكر اسما مشاهيرهم فمنهم الاسقف جبرائيل الحخدي المعروف بابن
القلاعي . وابراهيم الحاقلاني وجبرائيل الصهيوني الاهدني والبطريرك جرجس
عميرة الاهدني في تاليفهم العديدة ومرهج بن نمرون الباني في مقالته في اصل
الموارنة واسمهم ودينهم وفي كتابه افوبليا (اي سلاح) الايمان الكاثوليكي .
والبطريرك اسطفانوس الدويهي الاهدني في كتابه في اصل الموارنة ورد التهم
والاحتجاج عنهم وفي كتابه المنائر العشر وتاريخه والعلامة السيد يوسف سمعان
السمعاني في مكتبته الشرقية ومكتبته في الناموس القانوني والمدني وغيرها .
والمطران اسطفانوس عواد السمعاني في كتابه في اعمال الشهدا الغربيين

quos citavimus auctores, eorum dicta confirment. Et an ut mendaces rejicimus historias Galliarum, Angliæ, aut Germaniæ eo quod Galli, Angli, aut germani eas conscripserint? Sane, eo quod indigena alicujus loci quis historiam conscripserit, major fides ejus dictis habenda est, et præferendus est alienigenis propter certitudinem, quæ habetur de Scientia ejus. Interim, si nostratum testimonia quibus ipsi Nationem suam, semper Catholicam fuisse confirmant, et quæ in contrarium injuria aggeruntur confutant, congerere vellemus, longum sane esset opus et lectorem tæderet. Ideo, satis ducimus memorare nomina præcipuorum hujuscemodi virorum. Ex his igitur est Episcopus Gabriel Lehfedensis, Bar-Qlaius, vel simpliciter Qlaius, aut Qlaiensis appellatus, Abraham Ecchellensis, Gabriel Sionita Edenensis, et Georgius Amira Patriarcha, pariter, Edenensis, in multiplicibus eorum operibus. Rursus Faustus Naironus Banensis, in opere de Origine, Nomine, ac Religione Maronitarum, et in alio opere, cui titulus Evoplia Fidei Catholicæ, Patriarcha Stephanus Aldoensis Edenensis, in opere de Origine Maronitarum, et opere cui titulus Vindiciæ Nationis Maronitarum, Tum etiam in Apologia Maronitarum, nec non in Opere Decem Candelabra inscripto, denique in Chronico. Celeberrimus quoque Archiepiscopus Josephus Simonius Assemanus, in Bibliotheca Orientali, et in Bibliotheca Juris Orientalis, Canonici, et Civilis, et in plurimis aliis operibus. Archiepiscopus Stephanus Evodius Assemanus, in opere, Acta SS. Martyrum Orientali-

والشرقيين وفي كتاب محاماته لقداسة يوحنا مارون وغيرهما . ويوسف لويس السمعاني في كتابه في الطقوس وفي غيره من كتبه . والاب بطرس مبارك اليسوعي الماروني في مقالاته المعلقة على ترجمته اللاتينية لكتب مار افرام السريانية . والبطريرك يوسف اسطفان الغوسطاوي في كتابه في قداسة يوحنا مارون والقس عيسى الجاماني الدمشقي . والقس ميخائيل فاضل البيروتي والقس يوحنا الباذنجاني الحلبي والخوري انطون قيالة البيروتي في تاليفهم المعلومة . ثم ابا المجمع اللبناني الذي عقد سنة ١٧٣٦ واثبته الكرسي الرسولي المقدس سنة ١٧٤١ ويضاف الى هولاء غبطة بطريركنا مار بولس بطرس مسعد العلامة في كل فرع من العلوم الكنايسية في كتابه الذي حق له ان يسميه الدر المنظوم فهو در بل كنز درّ استجمع من كتب الغربيين والشرقيين جواهر البراهين لاثبات ما نحن مثبتون ورصع ذلك بفرائد فوائد يشغف بها المطالعون

---

um, et Occidentalium, et in Apologia Sanctitatis Joannis Maronis, et aliis. Josephus Aloysius Assemanus, in Codice Liturgico Ecclesiæ universæ, et in aliis operibus. P. Petrus Ambarachius (Benedetti) S. J. Maronita, in Dissertationibus (antirrheticon) adjectis versioni Latinæ operum S. Ephrem Syri. Patriarcha Josephus de Stephanis Agostensis, in opere de S. Joannis Maronis Sanctitate. P. Jssa Giamati Damascenus. P. Michael Fadel Berytensis, postea Patriarcha Maronitarum. P. Joannes Badengiani Beroensis, et D. Antonius Kiale Berytensis, in operibus satis notis, denique omnes Patres, qui Synodo Libanensi, anno 1736 celebratæ, et a S. Sede anno 1741. approbatæ, adfuerunt. Tandem addendum his habemus Eminentissimum virum, et in omni Ecclesiasticarum Scientiarum genere versatissimum, præclarum Dominum Paulum Petrum Massad, nunc temporis Nationis nostræ Maroniticæ Patriarcham, in opere Arabice impresso, cui titulus jure merito Aldorrulmanzum, scilicet Margaritæ in ordinem dispositæ, seu Margaritarum series, quia reapse continet Margaritas, seu potius thesaurum Margaritarum, ex Occidentalium, et Orientalium libris clariora, et solidiora argumenta complectens, quibus propositum nostrum probatur, interjectis compluribus utilissimis notitiis quibus lectoris animus instruatur, recreeturque.

الفصل الثالث

في ادلة راهنة تويد قضيتنا

نقتصر من هذه الادلة على ثلاثة

الدليل الاول وقد ذكره كثير من علمائنا ماخوذ من خلو المجامع ومولفات العلما منذ نشات بدعة المشية الواحدة الى الجيل العاشر من اثر يشير الى ابتداع مارون او الموارنة بدعة او قولهم بها. وهاك اسهاب هذا الدليل. قد عقد لمقاومة بدعة المشية الواحدة في المسيح مجامع عديدة اخصها مجمع في اورشليم سنة ٦٣٤ دعا اليه القديس صفرونيوس البطريرك الاورشليمي الناشي في لبنان او جواره. ومجمع اخر في اورشليم سنة ٦٤١ في ايام البطريرك يوحنا الاورشليمي ومجمع في قبرس سنة ٦٤٣ واربعة مجامع في تلك الحقبة في افريقية هم بها القديس مكسيمس المعترف لمناصبة بيروس بطريرك القسطنطينية وغيره ممن قالوا بهذه البدعة. ومجمع في رومة سنة ٦٤٦ دعا اليه القديس البابا ثاودوروس ومجمع اخر فيها سنة ٦٤٩ عقده القديس البابا مرتينوس الاول وكان فيه

ARTICULUS TERTIUS

CONTINENS ARGUMENTA ET INDICIA FORTISSIMA QUIBUS PROPOSITIO NOSTRA PROBATUR.

Brevitatis gratia, tribus hujuscemodi argumentis, tantum, utemur.

Argumentum primum, quod et multi nostratum animadverterunt, ex eo desumitur, quod ab exordio sectæ Monothelitarum ad sæculum X. ne verbum quidem inveniatur neque in Conciliis, neque in ullo auctore, quo ad Maronem, aut Maronitas, ut hæresiarcham, aut hæreticos alludatur. Sic autem hoc argumentum evolvimus: plura coacta sunt Concilia, ad refellendam hæresim unius in Christo voluntatis, horum Conciliorum præcipua sunt, Concilium Hierosolymis, anno 634. celebratum, a S. Sophronio Hieresolymitano Patriarcha, qui ex Libano, aut saltem finitima urbe oriundus erat, coactum; alterum quoque Concilium Hierosolymis, anno 641., tempore Joannis Patriarchæ Hierosolymitani; et Concilium in insula Cypri, anno 643. Quatuor quoque in Africa, illo intervallo, celebrata sunt Concilia, cura S. Maximi Confessoris, contra Pyrrhum Constantinopolitanum Patriarcham, et alios, hujus hæresis, sectatores. Et Concilium Romæ, anno 646. a Pontifice Theodoro coactum, et aliud Romæ etiam Concilium, a S. Martino I., anno 649. cele-

اسطفانوس اسقف دورا (المرجح انها المعروفة الان بالطنطوره) من بطريركية اورشليم وكان صفرونيوس بطريركها ارسله الى رومة. ومجمع في مدبولان سنة ٦٧٩ ومجمع اخر في رومة سنة ٦٨٠. ثم المجمع السادس المسكوني في القسطنطينية سنة ٦٨٠ وكان فيه كثير من اساقفة سورية وبحث فيه كباقي المجامع عن مبدعي هذا الضلال ومحازبيهم وحرموا فيه باسمايهم. ثم عقد مجمع قصر الملك دون نواب عن الحبر الاعظم سنة ٦٩٢ ومجمع اخر في القسطنطينية سنة ٧١٢ في عهد الملك فيلبوس تاييدا لهذا الضلال ثم مجمع اخر فيها سنة ٧١٥ دفعا له في ايام البطريرك جرمانوس. ولا اثر البتة في هذه المجامع كلها كاثوليكية كانت او غير كاثوليكية لمارون او الموارنة بمنزلة اراطقة

وقد رقي السدة الرسولية وذرى الرياسة المسكونية من الاحبار الاعظمين من انتشا هذه البدعة الى يوم وفاة القديس يوحنا مارون الباباوات انوريوس الاول وسافاربنوس الثاني ويوحنا الرابع والقديس تاوادوروس والقديس مرتينوس الاول والقديس اوجانيوس والقديس فيتاليانوس وادوادوتوس ودونوس والقديس اغاثون الذي دعا الي المجمع السادس والقديس لاون الثاني الذي اثبته والقديس بناديكتوس الثاني و يوحنا الخامس وقونون والقديس

bratum, in quo aderat Stephanus Episcopus Doræ (quæ probabiliter erat, ubi nunc Tantura) Hierosolymitani Patriarchatus, quem antea S. Sophronius Romam miserat. Et Concilium Mediolani anno 679, et aliud Romæ, an. 680. Tum sexta synodus œcumenica, an. 680. coacta, in qua plurimi erant ex Syria antistites, et in qua ad instar cæterorum Conciliorum, multum discussum fuit de auctoribus, et sectatoribus hujus hæresis, qui, nominatim, condamnati fuerunt. Post hanc coactum fuit Concilium Trullanum, an. 692, in quo non aderant Romani Pontificis legati, et aliud ad Monothelismi errorem fovendum Constantinopoli, Philippo Imperatore, Conciliabulum, an. 712. convocatum fuit, contra quem, Germano Patriarcha, anno 715., aliud, Constantinopoli, concilium coactum est. Interim in nullo horum Conciliorum, tam Catholicorum, quam acatholicorum, vestigium ullum Maronis, aut Maronitarum ut hæreticorum invenitur.

Ab hujus sectæ exordiis, ad S. Joannis Maronis obitum, Cathedram Petri ascenderunt, et summum obtinuere Pontificatum, Honorius I. Severinus, Joannes IV. S. Theodorus, S. Martinus I. S. Eugenius I. S. Vitalianus, Adeodatus, Domnus, S. Agatho, qui sextam convocavit Synodum, S. Leo II. qui eam confirmavit, S. Benedictus II. Joannes V. Conon, S. Sergius, Joannes VI. Joannes VII. et hujus temp-

-رجيوس ويوحنا السادس ويوحنا السابع وفي ايامه توفي الله القديس يوحنا مارون بطريرك طايفتنا الاول . ولا اثر في اعمال هولا الباباوات كلهم وفي براتهم ورسايلهم يشير الى ان مارون او الموارنة انشاوا ارتقة او اتبعوها بل قال كثير من العلما الغربيين وعلمائنا واخصامنا كمولف تعليم اليعاقبة ان القديس يوحنا مارون البطريرك لم ينل التثبيت من القديس البابا سرجيوس فقط بل توجه اليه بنفسه الى رومة فاثبته ووشحه بنفسه ذرع الرياسة واجزل اكرامه والانعام عليه كما سيجي

ثم قد كان علما كثيرون ايام شبوب نار هذه البدعة وبعدها وكتبوا عنها او ناصبوها منهم القديس مكسيموس المعترف البطل الصنديد في مقاومتها والقديس صفرونيوس البطريرك الاورشليمي من لبنان او جواره كما مر وقد عد في تاليفه كثيرين من اعدايه اصحاب هذه البدعة واندراوس المعروف بواضع القوانين ويوحنا مطران فيلادلفيا نائب الكرسي الرسولي في الامصار الشرقية في تلك الحقبة . ثم من بعد هذه البدعة القديس يوحنا الدمشقي في القرن الثامن وقد عد في دفتره اسما البدع والمبتدعين منذ اول التاريخ المسيحي

ore, vita functus est S. Joannes Maro Primus Nationis nostræ Patriarcha, nec ullum vestigium invenitur in actis sive Bullis, sive Brevibus, sive epistolis horum Pontificum, quod Maronem, aut Maronitas, uti hæresiarcham, aut hæreticos insinuet. Imo scriptores multi tum Occidentalium, tum nostratum, tum etiam adversariorum nostrorum, uti auctor apologiæ Iacobitarum, dicunt, non solum S. Joannem Maronem, confirmationem a Pontifice S. Sergio, obtinuisse, verum etiam illum, Romam, Pontificem adivisse, et confirmationem, et ab ipsius manibus Pallium auctoritatis obtinuisse, et multis honoribus, donisque onustum, illinc rediisse, uti inferius referemus.

Tam initio, quam progressu hujus hæresis, multi extiterunt docti viri, qui de ea scripserunt, aut bellum ei indixere. Ex his S. Maximus confessor, strenuus, in ejus oppugnatione, athleta S. Sophronius, Hierosolymitanus Patriarcha, Libanensis, aut saltem finitimus, uti superius retulimus, qui plures, ex adversariis suis, hujus hæresis sectatoribus numeravit; Andreas canonographus; Joannes Philadelphiensis, S. Sedis in Oriente, illo intervallo, Vicarius. Atque post hanc hæresim profligatam, Sanctus Joannes Damascenus sæculo VIII, omnium ab initio æræ Christianæ ad suum usque tempus, hæresum, hæresiarcharumque, cathalogum fecit (referemus aliquid, quod in hujus Sancti operibus interpolatum est); Paulus

الى ايامه (سنرد رواية غير صحيحة في كتاب هذا القديس) وبولس الشماس وتاوافان في القرن الثامن ايضاً وقد ذكرا غزوات الموارنة وصولتهم على العرب في القرن السابع وانسطاس حافظ المكتبة في القرن التاسع ولاونسيوس في الجيل العاشر وشدرانوس في الحادي عشر وقد روى صول الموارنة على العرب ايضا وارتيميوس زيغابينوس وزوناراس في الجيل الثاني عشر ونيكوفوروس كلستوس في الرابع عشر وقد عدد اراطقة المشرق ثم غيرهم كثيرون وفي كتب هولا اجمع ايضا لا نرى اثرا البتة بان مارون او الموارنة ابدعوا ارطقة او تمسكوا بها

فيا للعجب كل العجب الذي لا يعرف له سبب ويا للامر الغريب الذي لا يعرف له مثيل كيف اتفق ان يبدع مارون او الموارنة ارطقة كبرى ويتشبثوا بها ولا يظهر لذلك اثر لا في المجامع التي عقدت بسبب تلك الارطقة في بلادهم او غيرها ولا في اعمال الاحبار الاعظمين في تلك الايام وهم روسا الدين الكاثوليكي ومستودعو وديعة الايمان الصحيح ولا في كتب الابا والعلما والمورخين في مدة انشا تلك البدعة وانتشارها وبعدها بل في كتاب رجل واحد اراتيكي بغيض علانية للموارنة وراغب في تعظيم شان طايفته وتاريخه مشحون بالاغلاط

diaconus, Theophanes uterque sæculi etiam VIII. qui bella a Maronitis pugnata, eorumque contra Arabes sæc.VII. victorias retulerunt. Deinde Anastasius Bibliothecarius Sæc. IX; Leontius Sæc. X. Cedrenus Sæc. XI; et hic etiam Maronitarum, in Arabes, retulit victorias; Euthymius Zigabenus et Zonaras. Sæc XIII; Nicephorus Callixtus Sæc. XIV, qui Orientis hæreticos numeravit, aliique plurimi. Nec in horum libris, indicium ullum, invenitur, ex quo argui possit, Maronem aut Maronitas, unquam hæresim in Ecclesiam invexisse, aut invectam sequutos fuisse.

Mirabile quidem negotium, cujus causa non agnoscitur, et insolitum, cui simile non invenitur, est hoc, scilicet, Maronem hæresim notissimam excogitasse, et Maronitas eam sequutos fuisse, eique adhæsisse, quin ullum hujus facti indicium appareat, neque in Conciliis, quæ tam in Maronitarum regione, quam in aliis, hujus hæresis causa, celebrata sunt, neque in actibus Romanorum Pontificum, illius temporis, quibus, prouti capita sunt Catholicæ religionis, depositum sanæ Fidei concreditum est, neque in Libris Patrum, aut doctorum, aut historiographorum, tam illius temporis, quo hæresis ista nata est, quam posterioris, et non inveniatur nisi in, aliis, cæterum, erroribus, pleno unius hæretici hominis libro, tribus,

اخرى لا تحصى كما حكم عليه كل من طالعه كما سترى وقد كتبه بعد ثلثة
اجيال ونيف من انتشار بدعة المشيئة الواحدة وهو سعيد بن بطريق البطريرك
الملكي الاسكندري وبعض من وافقه جاهلا اكاذيب تاريخه وخرافاته . اما هذا
برهان صراح مفحم كل من يجني على الموارنة بنسبته اياهم الى بدعة

الدليل الثاني وقد ذكره باجيوس وغيره من الغربيين وكثيرون من علمائنا
هو ان العادة المستمرة في المشرق ان ينتسب الاراطقة الى مبتدع تمسكوا ببدعته
او الى مذيعها عندهم كالنساطرة نسبة الى نسطور واليعاقبة نسبة الى يعقوب
البرادعي والبراصمة نسبة الى برصوم الارشيمندريت السرياني فاذا عاد اولئك
الاراطقة الى حظيرة الكنيسة الكاثوليكية لم يسموا نساطرة وان وجد قديس اسمه
نسطور هو اسقف سيدا في بمفيلية واخر نال اكليل الشهادة في غزة . ولا يعاقبة
وان وجد قديسون كثيرون يسمون يعقوب منهم الرسولان يعقوب الكبير
ويعقوب الصغير . ولا براصمة وان وجد قديس اسمه برصوم هو شهيد واسقف
الرها . بل سمي النساطرة كلدانا كاثوليكيين واليعاقبة سريانا كاثوليكيين
والبراصمة ارمنا كاثوليكيين . والحال انك ترى العكس في الموارنة فانهم سموا

et ultra, post exortam hæresim, sæculis exarato, Eutichii, scilicet, Melchitarum Alexandrini Patriarchæ, Nationis suæ gloriæ studiosissimi, et Maronitarum acerrimi hostis. quem nonnulli, mendaciorum illius, fabularumque ignari, sequuti sunt. Nonne hoc clarissimum est argumentum, ad silentium reducens, quemcumque Maronitas, de hæresi, perperam, auderet accusare ?

Argumentum secundum, quod Pagius, aliique, ex Occidentalibus, et multi ex Nationis nostræ eruditis Viris, memoraverunt, ex eo desumitur, quod in Orientalium more positum sit, ut hæretici eo nomine appellentur, quod relationem indicet eos inter, et hæresiarcham, cujus hæresim sectantur, aut alium, qui eam, penes eos propagaverit. Sic Nestoriani, a Nestorio appellati sunt, et Jocabitæ, a Jacobo Baradæo, et Barsaumitæ a Barsauma Archimandrita Syro, et siquos hæreticos, ad Ecclesiæ Catholichæ Ovile, redire contigerit, non amplius Nestoriani appellantur, etsi extiterit sanctus nomine Nestorius, qui Sydæ in Pamphylia Episcopus erat, et alius, qui Gazæ Martyrium obtinuit, neque Jacobitæ, quamquam extiterint multi sancti, qui hoc nomine appellati fuerint, quorum duo Apostoli, Jacobus, scilicet, Major, et Jacobus Minor, neque Barsaumitæ, quamvis extiterit hujus nominis Sanctus Martyr, Edessæ Episcopus. Sed Nestoriani Caldæi Catholici, appellantur, et Jacobitæ, Syri Catholici, et Barsaumitæ, Armeni

منذ بدئهم وما برحوا يسمون موارنة نسبة الى القديس مارون وتلامذته فلو كانت هذه الطائفة اراتيكية ووضع لها هذا الاسم مشعرا بارطقة تدنست بها لما صرفت بها الكنيسة الرومانية والاحبار الاعظمون خلافا لجميع اراطقة المشرق كما مر ولاراطقة المغرب ايضا فان اللوتاريين والكلوينيين والسوشينيين والانسانيين وغيرهم يسمون بعد ردتهم كاثوليكيين ولا يحفظون اسم نسبتهم الى مبتدع اعزوا اليه باتباع ضلالته

ان البابا اوجانيوس الرابع قال في براءته المفتتحة تبارك الله سنة ١٤٤٥ في المجمع الفلورنتيني قسم ٣ عدد ٢٠ في تيموتاوس متربوليط النساطرة واسحق سفير الياس مطران الموارنة (سيجي تبريته مما اتهم به) في قبرص ما نصه «لا يجسرن احد من الاكليروس او الشعب ان يسمي مطربوليط الكلدان واسقف الموارنة المذكورين واكليروسهما وشعبهما اراطقة او ان يدعو الكلدان منذ الان فصاعدا نساطرة ومن خالف حتمنا هذا نامر رئيسه ان يحرمه الى ان يؤدي الترضية او يرى رئيسه غرامته بعقوبة اخرى» قال السمعاني في اثر روايته هذا القول

Catholici vocantur. Contrarium, tamen, vides in Maronitis, qui a primis Nationis exordiis, Maronitarum nomen acceperunt, et usque nunc Maronitæ appellantur, quo nomine, relationem inter ipsos, et Sanctum Maronem, ejusque discipulos significari non est ambigendum. Quod si Natio hæc hæretica fuisset, et hoc nomen tributum ei fuisset ut indicium hæresis, quam fortasse amplexa fuisset, non aliter Romani Pontifices de iis disposuissent, ac de cæteris Orientis hæreticis, uti jam diximus; et de Occidentis quoque; etenim Luterani, Calvinistæ, Sociniani, Janseniani, aliique, post conversionem eorum, Catholici appellantur, nec amplius servant nomen hæresiarchæ, cujus opinionibus infecti erant, et a quo nomen trahebant.

Eugenius quartus in Bulla, «*Benedictus Deus*» anno 1445, in Concilii Florentini part III. No. 20. loquens de Thimotheo Metropolita Nestorianorum, et Isaaco, Eliæ Episcopi Maronitarum, Insulæ Cypri, nuncio (quem ab eo de quo accusatus fuit, postea purgabimus) sequentia dicit. «*Imprimis, quod nemo prædictos Chaldæorum Metropolitam, et Maronitarum Episcopum, eorundemque clericos et populos, neque ex populo, et clero quempiam, de cetero, audeat hæreticos appellare, aut Chaldæos, de cætero, Nestorianos, nominare præsumat, quod si quispiam mandati hujus contemptor extiterit, jubemus ab ejus ordinario excomunicari, tandiu, quandiu distulerit condigne satisfacere, aut Ordinarii arbitrio aliqua alia temporali pœna mulctari*» Hæc referens Assemanus in Bibl. Or Tom. I. pag. 524. ait.

في مجلد ١ من المكتبة الشرقية وجه ٥٢٤ ((تامل بالفرق الذي وضعه البابا اوجانيوس بين الموارنة والنساطرة فالموارنة لعدم انتسابهم الى اراتيكي نهى عن تسميتهم اراطقة بعد ابدا اقرارهم بايمانهم الكاثوليكي واما النساطرة فلانتسابهم الى نسطور الاراتيكي نهى عن تسميتهم اراطقة ونساطرة)) وصنع الاحبار الاعظمين هذا بالموارنة خلافا لباقي اصحاب البدع هو برهان يزيد صراحة كل يوم فهو اوضح من ان يبين

الدليل الثالث ان كل من اتهموا الموارنة بارطقة زعموا انهم اقتفوا اثار مارون في هذا الضلال فكذا زعم سعيد ابن البطريق ان مارون ابتدع المشية الواحدة في المسيح في زمان موريق الملك وكذا زعم غوليلموس اسقف صور تبعا له ان المجمع السادس المسكوني عقد لمقاومة ضلال مارون والموارنة وكل من نسبوا الموارنة الى الضلال فروع لهذين الاصلين بل لاصل واحد هو سعيد ابن البطريق لان غوليلموس فرع عنه لاقراره صراحة في فاتحة كتابه انه اقتفى اثار سعيد هذا كما سترى ٠ (الانطاليس اسكندر ومن اخذ عنه فانه اتبع تيموثاوس القس القسطنطيني المردودة شهادته بقول كثيرين لاسيما المحقق

« *Ubi obiter notandum discrimen, quod Eugenius Papa. inter Maronitarum, et Nestorianorum nomen ponit: illos enim, utpote qui, a nullo hæresiarcha nomen duxerunt, hæreticos duntaxat nominari vetat, postquam Fidei Catholicæ professionem emiserunt, Nestorianos vero, quibus a Nestorio nomen inditum, et hæreticos, et Nestorianos appellari prohibet.* » Hæc Romanorum Pontificum, cum Maronitis agendi ratio, omnino differens ab ea, qua usi sunt cum aliis, qui aliquam hæresim sectati fuissent, argumentum est, quod quotidie, magis magisque elucet, ac proinde clarius est, quam si probaretur.

Argumentum tertium in eo consistit, quod omnes, qui Maronitas. de hæresi, accusant, eos, in hoc errore, Maronem sequutos esse asserunt. Sic Eutichius Asserit Maronem, Mauritio Imperatore, Monothelismum excogitasse Sicque Willelmus Tyrius, Eutichium sequutus, asserit sextam Oecumenicam Synodum, ad Maronis, et Maronitarum errorem oppugnandum, coactam fuisse, omnes autem, qui Maronitis hunc errorem tribuunt, his duobus testibus nituntur, seu potius uni, qui est Eutichius Alexandrinus, quia Willelmus Tyrius, clare confitetur, in præfatione operis sui, se hunc auctorem sequutum fuisse, uti videbis. (excipiendus est Natalis Alexander, et qui eum transcribendo sequuti sunt, quia ipse sequutus est Timotheum Presbyterum Constantinopolitanum, cujus testimonium confutant

يوحنا دومينيكوس مانسي الذي رويناه في الفصل السابق) والحال ان مارون الرئيس ويوحنا مارون بطريركنا الاول المنسوبين نحن اليهما تعتبر كلا منهما الكنيسة الرومانية والاحبار الاعظمون قديسا مبرئًا من كل وصمة ضلال وشائبة بدعة فاذا الخ

فالكبرى بينة بنفس ازعام اخصامنا كلهم حتى آخرهم الخوري يوسف داود فانهم مجمعون على ان الموارنة شغفوا ببدعة من ايام احد المارونين وان اختلفوا فيها (واكثرهم على انها بدعة المشيئة الواحدة) وفي حين ردة الموارنة عنها بنوع يضحك منه فبعضهم زعم ان ردتهم كانت في الجيل الثاني عشر وغيرهم في الخامس عشر وغيرهم في غيره والحاصل ان هذا مدعاهم نفسه وصريح اقوالهم فلا يحتاج برهانا

فعلينا اثبات الصغرى ان الاحبار الاعظمين يعتبرون كلا من المارونين قديسا مبرئًا من كل وصمة بدعة فهاك اثباتها اما القديس مارون الرئيس فقد برأه البابا بناديكتوس الرابع عشر في رسالته الى نيقولاوس لاركاري في ٢٨ ايلول سنة ١٧٥٣ ببرهانات سديدة يستحيل نقضها ومن استشهد بهم تقدأسته

multi, inter quos, Joannes Dominicus Mansi, quem præcedenti articulo citavimus) Atqui tam Maronem Abbatem, quam Joannem Maronem primum Nationis nostræ Patriarcham, a quibus nomen trahimus, Sancta Romana Ecclesia, Romanique Pontifices, ut sanctos, et ab omni hæresis labe, errorisque macula, immunes considerant Ergo etc.

Major, patet ex assertionibus adversariorum nostrorum, qui omnes, cum ultimo eorum Sacerdote Josepho David in hoc asserendo, conveniant, scilicet, Maronitas, in hæresim incidisse, tempore alterutrius Maronis, etsi differant in ea assignanda. (plures tamen Monothelismi hæresim eam esse affirmant) et in assignando tempore conversionis Maronitarum, modo derisione digno, nam alii dicunt id Sæc. XII evenisse, alii vero Sæc XV. et alii alio. Cum autem hoc sit adversariorum ipsorum assumptum, et sic ipsorum verba sonent, ideo probatione non indiget.

Restat minorem prabare, Romanos, scilicet, Pontifices, utrumque Maronem, ut Sanctum, et ab omni erroris labe immunem considerare. Ad Maronem itaque Abbatem quod attinet, hunc Benedictus XIV in epistola ad Nicolaum Lercari, die 28 Septembris anni 1753, argumentis ineluctabilibus, eum ab omni hæresis labe purgavit, et, ad Sanctitatem ejus Stabiliendam, citavit inter alios Theodoretum,

تاوادوربطوس الذي كتب سيرته الفاضلة والقديس يوحنا فم الذهب الذي
كان معاصراله وكتب اليه رسالة (هي السادسة والثلاثون بين رسايله) يساله
بها الدعا والصلوة عليه . ثم في رسالة هذا البابا الى البطريرك سمعان عواد في
١٢ اذار سنة ١٧٥٤ حيث قال ((اننا بعد ان دافعنا عن قداسته (اى قداسة
مارون الرئيس) من التهم قد اثبتناها ايضا بالسلطان الرسولي)) وسنرى ذلك
كله باكثر اسهاب . والبابا اكليمنضوس الثاني عشر منح في ١٥ نيسان سنة ١٧٣٤
غفرانا كاملا يكسبه من زار احدى كنايس الرهبان اللبنانيين او رهبان مارشعيا
الموارنة يوم عيد هذا القديس . والبابا بندكتوس الرابع عشر وسع هذا
الغفران بخط براءته في ١٢ اب سنة ١٧٤٤ الى جميع كنايس الطائفة المارونية
فكيف يتفق كل هذا مع كون مارون منشي بدعة والمنسوبين اليه كانوا تابعي
ضلاله . ويزيد مقصدنا تاييدا رسايل رهبان دير القديس مارون الى المجمع
الخامس والى البابا هرمزدا وغيره من الروسا الكاثوليكيين المدرجة في اعمال
المجمع الخامس وسنروي بعضها ويستوضح كل من جميعها نارغيرتهم على محاماة
الدين الكاثوليكي والكنيسة الرومانية حتى استشهد منهم حبا بهما ثلثماية وخمسون

qui virtutibus plenam, ejus vitam conscripsit, et Joannem Chrisostomum, qui coetaneus ejus fuit, eique epistolam misit, (est autem hæc epistola trigesima sexta inter epistolas) ejus preces impetrabat. Pariter in hujus Pontificis, ad Simonem Evodium Patriarcham litteris, die 12. Martii anno 1754 datis, sequentia leguntur verba « *Unde postquam, a calumniis vindicavimus* (Sanctum Maronem Abbatem) *Apostolica, quoque, auctoritate confirmavimus.* » Hoc idem copiosius infra videbimus Et Clemens XII. die 15 aprilis, an. 1734. plenariam concessit, indulgentiam visitantibus unam ex Ecclesiis Maronitarum Congregationis montis Libani, aut congregationis S. Isaiæ, Maronitarum, die hujus Sancti festo, quam indulgentiam, Benedictus XIV, Brevi dato, die 12 Augusti an. 1744. exetendit ad omnes Nationis Maronitarum Ecclesias. Quomodo interim, hoc sociari potest cum hypothesi, quod Maro hæresiarcha fuerit, et iis, qui ab ejus nomine Maronitæ appellantur, ejus erroris fuerint sectatores. Magnum, quoque, pondus, argumento nostro, addunt epistolæ Monachorum Monasterii S. Maronis, ad Concilium quintum, et Hormisdam Pontificem, et alios ex Catholicorum præsulibus, quas videre est, in actis ejusdem quintæ Synodi, et quarum aliqua inferius referemus, has epistulas perlegendo quisque clare videt, quo zelo ardentes fuissent illi Monachi in Romana Chatolica Fidei defendenda, ita ut trecenti et quinquaginta ipsorum Monachorum, amore ipsius, Mar-

راهبا دفعة واحدة تعيد لهم الكنيسة الرومانية في ٣١ من تموز
اما القديس يوحنا مارون اول بطاركة طايفتنا الانطاكيين بعد انفصالها من اصحاب البدع فقد منح البابا بيوس السابع في ٣٠ من كانون الاخر سنة ١٨٢٠ غفرانا كاملا يكسبه من زار كنيسته في مدرسة مار يوحنا مارون في كفرحي يوم عيده في ٢ اذار كل عام ثم عمم هذا الغفران في ٢٧ ايار سنة ١٨٢١ ليغنمه كل من زار كنيسة اية كانت من كنايس الموارنة يوم عيد هذا القديس البطريرك. وقال فيه البابا بناديكتوس الرابع عشر في خطبته بكردينالية الكنيسة الرومانية في ١٣ تموز سنة ١٧٤٤ ((لايخفاكم انه في اواخر الجيل السابع عندما فشت بدعة القايلين بمشية واحدة في المسيح وافسدت سكان البطريركية الانطاكية جزم الموارنة حينيذ رغبة في وقاية طايفتهم سالمة من ذلك الفساد ان يختاروا لهم بطريركا يثبت من الحبر الروماني)) وقد اجمع كل من ذكر القديس يوحنا مارون او سلسلة بطاركة الموارنة ان هذا البطريرك الذي اختاره الموارنة وقتيذ انما هو القديس يوحنا مارون الذي اشار اليه البابا بناديكتوس الرابع عشر وكيف يوفق بين كون القديس يوحنا

tyrium simul passi sint, et quorum commemorationem, die 31. Julii, Romana facit Ecclesia.

Ad Jonnem Maronem, primum Nationis nostræ post ejus, ab hæreticis, separationem, Patriarcham, quod attinet, Pius Papa VII., Plenariam, die 30. Januarii 1820., concessit indulgentiam, ab iis, quot annis, acquirendam, qui ejusdem sancti, in collegio, eius nomine nuncupato, de Cafarhai, ubi vita functus est, ecclesiam visitaverint, die 2. Martii, ejusdem sancti festi; et anno 1821., die 27. Maii, indulgentiam hanc ampliavit, ita ut acquirere possit quicumque, die hujus sancti Patriarchæ festo, quemcumque, ex Maronitarum ecclesiis, visitaverit Et de eo Benedictus XIV, in allocutione, die 13 Julii, anno 1744. ad S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales habita, sic loquebatur «*Eruditioni pariter Vestræ notum esse censemus, quod sæculi VII. prope finem, cum hæresis Monothelitarum in Patriarchatum Antiochenum grassaretur, Maronitæ, quo se, ab ea contagione, integros servarent statuerunt sibi Patriarcham eligere, qui a Romano Pontifice confirmaretur* » Quicumque autem sancti Joannis Maronis mentionem fecerunt, aut de serie Patriarcharum Maronitarum loquuti sunt, omnes concordant in asserendo, virum quem tunc temporis, Maronitæ Patriarcham elegerunt, fuisse illum eundem Joannem Maronem, de quo loquitur Benedictus XIV.

مارون مبتدعا وتباعه اراطقة وبين منح الحبر الاعظم غفرانا كاملا على زيارة كنيسته يوم عيده . ثم بين كونه مبدعا وبين قول البابا بناديكتوس الرابع عشر ان الموارنة اختاروه بطريركا وقاية لانفسهم من الضلال في الايمان. يويد مقصدنا ايضا كل من اثبتوا وهم كثيرون ان القديس يوحنا مارون رسمه يوحنا اسقف فيلادلفيا نائب الكرسي الرسولي في المشرق اسقفا على البترون. وكل من قالوا انه مضى الى رومة بعد اقامته بطريركا فنال التثبيت من البابا سرجيوس . يويد ذلك ايضا انفصال الموارنة عن مكدونيوس ومكاريوس بطريركي انطاكية وعن قسطنت الملك ويوستنياس الثاني الاخرم لاتباع هولا جميعا بدعة المشية الواحدة حتى ارسل الملك يوستنياوس المذكور جحفلا للقبض على القديس يوحنا مارون فدفعه الموارنة وقتلوا قايديه سنة ٦٩٤ (كما سنرى ذلك كله مبرهنا) كما ارسل هذا الملك تلك السنة احد اعوانه الى رومة لاحضار البابا سرجيوس موثوقا الى القسطنطينية (روى ذلك انسطاسيوس حافظ المكتبة في ترجمة البابا سرجيوس واكثر مولفي تواريخ الكنيسة) .

Quomodo autem conciliari possit Joannem Maronem Hæresiarcham, et sectatores ejus hæreticos fuisse, cum concessione indulgentiæ plenariæ, a Romano Pontifice, iis, qui ejus ecclesiam visitaverint, die ejus festo, non video, nec video quomodo, eum fuisse hæresiarcham concordari possit cum eo quod Benedictus XIV. dicit, scilicet, Maronitas quo se ab ea contagione integros servarent, statuisse eum Patriarcham eligere. Confirmant assumptum nostrum, etiam, omnes, (et multi sunt) qui probant, Joannem Maronem, a Joanne Philadelphiensi S. Sedis in Oriente Vicario in Botri Episcopum consecratum fuisse; et omnes qui asserunt eum, postquam ad Patriarchatus dignitatem evectus est, Romam petiisse, et a S. Sergio Pontifice Pallium obtinuisse.Confirmat hoc quoque separatio Maronitarum, a duobus Antiochiæ Patriarchis, Macedonio, scilicet, et Macario, Sicuti etiam separatio eorumdem Maronitarum, ab Imperatoribus Constante, et Iustiniano Rhinotmeto, propterea quod hi omnes Monothelitarum errorem sequuti sunt. Quamobrem, Iustinianus Rhinotmetus, an. 694. exercitum ad S. Joannem Maronem capiendum misit, quem exercitum, Maronitæ strenue profligarunt, Mauricio, et Mauriciano, ejus ducibus interfectis, (quod inferius perlucide probatum invenies) eodem modo, et anno, quo hic ipse Imperator ducem Romam, ad S. Sergium Pontificem capiendum, et Constantinopolim vinctum adducendum, mittebat. (Narrat hoc Anastasius Bibliothecarius, in vita S. Sergii, et plerique historiæ Ecclesiasticæ scriptores).

حاصل كلامنا في هذا الدليل ان اخصامنا ينسبون قدمانا الى ضلال تبعوا فيه مارون الرئيس او يوحنا مارون البطريرك اذ لا مارون ثالث لنا وقد ابنا ان الاحبار الاعظمين يعتبرون كلا منهما قديسا ولذا يظهر ظهور الشمس في رابعة النهار ان هذين القديسين لم يكونا مبدعين وان الموارنة تباعهما قد استمروا من ايامهما الى اليوم في الايمان الكاثوليكي ولم ينفصلوا قط عن الكنيسة الرومانية المقدسة ام جميع الكنايس ومعلمتهن وهذا قد اثبتناه ايضا بنصوص الاحبار الاعظمين وايدناه بشهادات العلما المحققين وبالدليلين الاخرين ايضا ويزاد تاييدا بردنا ازعام الخوري يوسف داود وقد جمع كل ما قيل خلافا لهذه الحقيقة

In hoc argumento, ratiocinationis nostræ summa, ad hoc reducitur, quod scilicet, adversarii nostri, majores nostros accusant hæresis, in qua Maronem abbatem, aut Joannem Maronem Patriarcham, sequuti fuissent, cum Maronem tertium non habeamus. Atqui probatum jam a nobis est, utrumque Maronem, a summis Pontificibus, ut Sanctum haberi, ideo luce meridiana clarius constat, istos duos Sanctos, hæresiarchas non fuisse, ac proinde Maronitas, eorum asseclas, ab eorum ætate ad hoc usque tempus ,in Fide Catholica permansisse, et numquam, a S. Romana Ecclesia, omnium Ecclesiarum Matre, et Magistra, sejunctos fuissse. Hoc, Romanorum Pontificum dictis,adstruximus,illudque testimonio doctorum virorum, et duobus ultimis argumentis, confirmavimus, tandem magis magisque confirmabitur, confutatione assertionum, Sacerdotis Josephi David, quæ quidquid contra hanc veritatem dictum fuit, simul complectuntur.

رد ازعام الخوري يوسف داود بالخصوص

قال في مستهل كلامه «ان للطايفة المارونية الجليلة عندي مزيد الاعزاز والحرمة والاعتبار في كل وقت ويسرني اغتنامي صداقة بعض معتبريها في هذا العصر على ان هذا لا يحملني على موارة الحق بل على الخلوص في الكشف عن رايي في اصل هذه الطايفة دون ما محاباة»

ان للخوري يوسف داود اوجها لاعزازه الطايفة المارونية واعتبارها اخصها ان هذه الطايفة بالغت كل حين في التكريم والاعزاز والانجاد لجميع الطوايف الكاثوليكية الشرقية فكثيرا ما ساعدت على رجوع كثير منهم الى سراط الايمان القويم وقبلت لمجابة روسايهم واكليروسهم وبعض افرادهم الى بلادها وبينها كما تشهد اديرة هذه الطوايف القايمة الى اليوم في لبنان . وقد صنع الموارنة مثل ذلك الى طايفة الخوري يوسف داود السريانية باخص نوع . فلا يجهل

CONFUTATIO ASSERTIONUM
R. D. JOSEPHI DAVID IN PARTICULARI

Sermonem suum, de Maronitis, R. D. Josephus David, sic exorditur

« Equidem illustris Maronitica gens, semper cara mihi fuit, ma-
« gnaque, omni tempore, et æstimatione, et veneratione eam prose-
« quor. Imo lœtor, quod spectatissimorum virorum, qui in ea, hac
« nostra ætate florent, amicitiam colo, at hoc, quin me ad veritatem
« dissimulandam inducat, magis impellit, ut sincere, et sine affecta-
« tione, sententiam meam, circa hujus gentis originem, aperiam. »

Plures sunt rationes, ob quas Maronitica gens, R. D. J. David, cara omni tempore, esse debet, et ille eam æstimatione, et veneratione prosequatur. Inter has, præcipua est ratio, quod hæc Maronitica gens, omni tempore, summopere in omnes Catholicas Orientales Nationes, amore et charitate, prosequendo, et in eis, opem ferendo, incubuerit, multum etiam laborem impendit, in multis earum ad rectam, fidei, tramitem, reducendis, et multos ex eorum Superioribus, Ecclesiasticis, et quibusdam particularibus, hospitio, in regione sibi propria, et inter suos, recepit. Testantur hoc harum Nationum Monasteria, Collegia, et sedes quondam Episcopales, et Patriarchales, quæ usque nunc, in Libano conspiciuntur. Hujusmodi agendi ratione, Maronitæ erga Syram, D. J. David, Nationem, modo specialissimo, usi sunt.

ان اول من ارتد من هذه الطايفة السريانية الكاثوليكية القايمة الان انما هو اندراوس اخيجان الحلبي وان ارتداده من اليعقوبية الى الايمان الصحيح انما كان على يد البطريرك يوسف العاقوري الماروني وارسل الى رومة فتهذب بالعلوم الكنايسية في مدرسة الموارنة هناك. ورقاه البطريرك يوحنا الصفراوي الماروني درجة القسوسة ثم الاسقفية سنة ١٦٥٦ وارسله الى حلب مصحبا اياه بالعلامة الناسك اسطفانوس الدويهي الاهدني (الذي صار سنة ١٦٧٠ بطريركا انطاكيا على الموارنة) فعاونه بالشور والانذار والمواعظ فرجع كثير من السريان اليعاقبة الى الايمان الكاثوليكي ولما توفي اغناتيوس سمعان بطريرك اليعاقبة سنة ١٦٥٩ رقي اندراوس المذكور مقام البطريركية وارسل صورة ايمانه الى الكرسي الرسولي سنة ١٦٦٥ فثبته البابا اسكندر السابع وهكذا كانت بداية هذه الطايفة الكاثوليكية وسمي افرادها سريانا كاثوليكيين.

ثم ان بطريركهم ديونيسيوس ميخائيل جروة لجا من مضايقة اليعاقبة لهم الى كسروان بين الموارنة في لبنان واقام في اواخر الجيل الماضي في دير سيدة النجاة المعروف بدير

Non ignoratur, enim, quod primus, qui ex hac Syrorum Natione ad Fidem Catholicam reversus est, Andreas fuerit Achigian civis Hierapolitanus, et quod ejus, a Jacobitarum secta, conversio facta fuerit, per Josephum Accurensem. Maronitarum Patriarcham, qui eum Romam, ad Maronitarum Collegium misit, ubi ecclesiasticis scientiis eruditus fuit. Hunc in Libanum reversum, Maronitarum Patriarcha Joannes safrensis, anno 1656, ad presbyteratus, tum ad Episcopatus gradum evexit, et Hierapolim misit, comite ei dato, piissimo, ac doctissimo viro, Sacerdote Maronita, Stephano Aldoense Edenense, qui anno 1670. Antiochenus Maronitarum evasit Patriarcha, qui consilio, instructionibus, et prædicationibus multum ei opitulatus est, quapropter multi ex Jacobitis ad fidem catholicam reversi sunt, et Ignatio Simone Jacobitarum Patriarcha, vita, anno 1659, functo, prædictus Andreas ad Patriarchatus dignitatem evectus fuit, et professione fidei, anno 1665, ad S. Sedem Apostolicam. ab eo, missa, Alexander VII, eum confirmavit. Hæc fuit origo hujus Nationis, cujus membra Syri Catholici appellantur.

Sub anteacti sæculi finem, horum Patriarcha Dyonisius Michael Giarue, Jacobitarum sevitie excitatus, confugit, ad Chesrovanum, Libani Provinciam, ubi, inter Maronitas, sedem suam fixit in monasterio Sciarfe (seu sharfe juxta adversa-

الشرفة في كسروان الذي شيده الخوري يوسف مارون الاطرابلسي الماروني سنة ١٧٥٧ وسكن خلفا البطريرك المذكور هذا الدير الى ايام بطريركهم الاخير وهو الان مدرسة لهم · ولهم دير اخر في لبنان هو المعروف بدير الرغم في المتن وجميع روسا هذه الطايفة وخاصة كل من سكن من افرادها في هذين الديرين يعترف بما لهم من الاعزاز والتوقير والمصافاة والاخاء عند الموارنة ومعاذ الله ان ينقص تجني الخوري يوسف داود على الطايفة المارونية شيا من محبتها لاختها الطايفة السريانية الكاثوليكية فان عمل الفرد مقصور عليه لا يتجاوز الى غيره من ابنا طايفته ونقر بالاخاء والوداد لنا من جانب عمومهم ونتوخى اقرارهم لنا بحق رد افترا اقترفه علينا كاهن منهم او متطفل عليهم فانه كلداني الاصل على ما نعلم

انه ليشق علينا ان نقول ان عبارات الخوري يوسف داود في مستهل كلامه ليست على ظاهرها وبخالفها كل ما اتي به بعدها فظهر ان جل مقصده منها تمكين طعنه في الطايفة المارونية حتى اذا اطلق عنان قلمه في القدح بها

rium) dicto, quod, an. 1757, sacerdos quidam Maronita Joseph Maro Tripolitanus appellatus, fundaverat. In hoc autem Monasterio, hujus Patriarchæ successores, ad penultimi tempora, permanserunt, et nunc temporis, in Collegium Patriarcale illud converterunt. Habent Syri isti, et aliud, in Libano, Monasterium, quod in Matn Provincia Dair-er-Rogm nomine notum est. Interim omnes hujus Nationis superiores, et præcipue ii, qui, ex eis, in his duobus monasteriis, moram degerunt, optime norunt, fatenturque, qua caritate, honore, familiaritate, et sodalitate eos Maronitæ, prosequantur, et longe absit abestque, ut R. D. Josephi David in maroniticam Nationem injuriæ, aliquid ex, ejus erga Sororem suam Syro-Catholicam Nationem, dilectione imminuat; nam individualis actionis meritum ad solum individuum restringitur, nec ad alios suæ Nationis individuos transit, nosque fatemur sodalitatem, et caritatem, qua generatim, Syri Catholici, nos prosequuntur, fidemusque eos recogniturum esse, nobis, jus confutandi injurias, quibus nos affecit sacerdos ex ipsis, seu potius ipsis adventitius, quia, quod sciamus, adversarius noster ex Chaldæo Syrus est.

Molestum, nobis, sane est, dicere D. J. David, in proemio suo, phrases non esse accipiendas prouti sonant, at dum quidquid illas subsequitur, eis e fronte opponitur, clare apparet, omne ejus studium, intentumque in eo consistere, ut ictus suos in Maronitas validiores efficeret, ita ut, calumniæ, habenas calamo relaxans

ظنه المطالع صديقا مخلصا لم يجنح به غرض الى غرضه ولا شين بحسده او بغضه فينزل الخبر الخبير قذفه منزلة الصدق و يعتبره مجبرا على اقرار لم يكن منه فرار . مع ان من تتبع كلامه في حاشيته راه افرغ مجهوده في موارات الحق وتعسف المعاني واستخدم المكر اونةً والالتجاء الى شهود ردت شهادتهم وبدت كالنهار شبهتهم والاعتماد على اقوال دائرة ردت مرارا وعلى برهانات يعلم الصبي وهنها وارتجاجها توسلا لطعنه كما سترى . ولذا حق لنا ان نحسبه حسودا بغيضا وان نسميه خصما ونود لو علمه كل مطالع كذلك دفعا لتهماته

قال خصمنا فور كلامه المار «واصرح باني لا استطيع ان اوافق يوسف سمعان السمعاني جهبذ هذه الطايفة الساطعة شهرته وامام العلوم الشرقية المنقطع النظير في زعمه في مكتبته الشرقية مجلد ا وجه ٥٠٦ وما يليه ان طايفته ما شانها انفصال عن شركة الكنيسة

contra illos, lectori videatur eorum amicus sincerus, nullo inordinato fine ad objectum adductus, et nulla esse invidia, aut odio ad rei tractationem perductus, sicque, ignarus lector, ejus calumnias, pro veritatibus accipiat. et putet eum rectitudine inductum fuisse ad dicendam veritatem, a qua, nullimode recedere potuisset, dum quicumque bene confiderat ea, quæ continentur in appendice ab eo, ad libellum suum, apposita, videt eum totum opus impendisse in veritate tegenda, in sensu detorquendo, in abutendo, aliquando, etiam fraude, et in recurrendo ad testes, quorum testimonia jam refutata sunt, et quorum infidelitas luce meridiana clarius patet, tum in fulciendo opinionem suam opinionibus dirutis, persæpe, jam confutatis, et argumentis, quorum debilitatem, vacillationemque vel pueri norunt, captando, per hæc omnia, arma quibus gentem nostram aggrederetur, uti clare videbis. Hac de causa, jure merito, licuit nobis eum pro invido, nos odio habente considerare, et eum adversarium appellare, atque utinam omnes lectores ita eum agnoscerent, ad hoc ut ipsius calumniæ intentum ab eo effectum non sortirentur.

Itaque abruptum. superius, sermonem prosequitur adversarius noster dicens
« diserteque dicam, me cum clarissimo hujus Nationis luminari J.
« S. Assemano, sacræ Orientalis litteraturæ incomparabili principe,
« non posse convenire, ubi in Bibl. Or. T. I. pag. 506. et seq. serio
« contendit suam gentem, secus ac cæteras Syrochaldaici sanguinis
« familias, nunquam a communione Ecclesiæ Catholicæ separatam

الكاثوليكية خلافا لسايرفروع الامة السريانية الكلدانية بل باخذني الانذهال لدى رويتي هذا العلامة الاسمى من كل مدح يدافع عن هذا الزعم وهو لا يويده برهان راهن

اقول على كره ان باطن كلام الخوري يوسف داود هذا ايضا خلاف باديه لانك ستراه منددا بالسمعاني واصفا اياه بالجهل والخطل وقلة الاصابة ونحو ذلك · فتعين انه اراد تبجيله بهذه الالقاب المشرفة لا لاستحقاقه اياها وهو الحري بمثلها واعظم منها · بل لقصد سيّي اي حتى اذا ادعى كما فعل انه علم ما لم يعلم السمعاني ورای ما لم يره وانه اولى منه بالاصابة واجدر بالاتباع تبين انه اسمي علما من هذا الامام المنقطع النظير وانه بالنتيجة امام الامام

اما قوله انه ينذهل من مدافعة السمعاني عن زعمه المشار اليه وهو غير مويد ببرهان راهن فانا لا يذهلني انذهاله ان اخاص بذكره لان علته بينة وهي قلة مطالعة الخصم او عدم ادراكه كلام السمعاني الذي يتعقبه · ولكن ارى نصوص الاحبار الاعظمين واقوال العلما المحققين والادلة السديدة المار ذكرها

« extitisse. Imo valde me admiratione moveri fateor, cum video « tantum virum, ceteroquin omni laude superiorem, hujusmodi « sententiam potuisse tueri, nullo suffultum solido argumento,»

Tædet me et hic dicere, intentum horum quoque J. David verborum, aliud esse ac id quod ipsa verba apparenter præseferunt. Quia videbis eum, Assemanum lacerantem, eique ignorantiam, levitatem, aberrantiam, et similia tribuentem, unde concludere licet, eum voluisse, his honorificis titulis hunc virum extollere, non, jam, quod ejus merito, quo his et majoribus titulis dignus est, fuerit ductus, sed potius improbo fine, scilicet hoc, ut si, uti jam fecit, prætenderit se scivisse quæ Assemanus ignoravit, et vidisse quæ ille non vidit, et se correctiorem ipso esse, sequendumque potiore jure, ipse, hoc incomparabili principe, scientia excellentior existimetur, ac proinde quod sit princeps principis.

Quod autem ipse dicit, se valde admiratione moveri, Assemanum hujusmodi sententiam potuisse tueri, nullo suffultum solido argumento, hoc me admiratione non movet, si quidem adversarius hoc asserendo verum dicit, nam causa admirationis suæ clare pateret, in eoque consisteret, quod aut non perlegerit ea quæ de hac re Assemanus scripsit, aut quod quæ perlegerit non intellexerit. At ea, quæ ex summorum Pontificum, et eruditorum virorum dictis, et indicia, quæ omnia, su-

في الفصول الثلثة لا تستحق ان يسميها خصمنا برهانا راهنا . فما هو اذا البرهان الراهن والسديد هل اقوال الاراطقة وهم اكثر شهود الخوري يوسف داود او شهادة بعضهم في الكتب التي انتحلوها او حرفوها فاعزاها خصمنا بجهله الى الموارنة كما سترى . وان كان بين السمعاني وبيني ما بين الثريا والثري وقد جمعت في الفصول المذكورة شواهد وحججا يستحيل نقضها كما رايت فهل يصدق على ذلك العلامة وقد اقرله كل عالم بتفرده انه زعم استمرار طايفته على الايمان الكاثوليكي وهو لا يوبده برهان راهن

اني لادع جانبا كل ما رواه السمعاني اثباتا لهذه الحقيقة في محال لا تكاد تحصى في مكتبته الشرقية ومكتبته في الناموس القانوني والمدني وباقي تآليفه الوفيرة الغرا لاعتاض عنه بما كتبه هذا العلامة في المحل الذي عينه الخصم (اي مجلد ١ من المكتبة الشرقية وجه ٥٠٦) فالسمعاني روى في هذا المحل قصة القديس يوحنا مارون عن البطريرك اسطفانوس الدويهي الاهدني الى ان قال ما ترجمته «ان الاهدني اردف كلامه بتبرئة القديس يوحنا مارون من تهم سعيد الاسكندري وغوليلموس الصوري اذ زعم اولهما ان مارون انشا

perius, tribus articulis retulimus nonne ab adversario nomine argumenti solidi merebantur donari? Quænam igitur sunt argumenta solida, et ineluctabilia? Num dicta hæreticorum, quibus major pars testium Josephi David constat? aut testimonia aliquorum in libris sibi arrogatis, aut ab eis corruptis, quos adversarius, ignoranter, Maronitis tribuit, uti videbis? Et si ego, qui tantum ab Assemano disto, quantum terra distat a sole testimonia, et argumenta ineluctabilia collegi, in articulis supra citatis, uti jam vidit lector, anne credendum est doctissimum illum virum, de cujus excellentia omnes docti testantur, nullo suffultum argumento sententiam tuitum fuisse, gentem scilicet suam, nunquam, a communione Ecclesiæ Catholicæ, separatam extitisse?

Prætermitto omnia, quæ Assemanus, ad hanc veritatem confirmandam, affert, in locis fere innumerabilibus, tum Bibliothecæ Orientalis, tum Juris Orientalis, tum aliorum plurium excellentissimorum ejus operum, satis ducens citare id, quod, doctissimus iste vir, scripsit eodem loco, quod ipse adversarius designavit, scilicet, Bibl. Or. T. 1. pag. 506. Assemanus itaque, loco citato, vitam narrat sancti Joannis Maronis, a Stephano Aldoensi Edenensi Maronitarum Patriarcha eam desumens, sicque subsequitur « *Pergit* (Edenensis) *Eundem a calumniis Eutichii Alexandrini, et Gulielmi Tyrii vindicare, quorum primus, in annal. Tom.2 pag.*

بدعة المشية الواحدة في ايام موريق الملك وزاد ثانيهما ان المجمع السادس عقد دفعا لغواية مارون واتباعه الموارنة وصدق كليهما بعض المتجددين فوهموا ان الموارنة اتباع يوحنا هذا انما كانوا طايفة التئت من ملكية ويعاقبة . غير مراعين انقسام الطايفتين الاخيرتين منذ القديم احداهما عن الاخرى لعلة الدين . اما الموارنة فقد براهم من تهمة بدعة المشية الواحدة العلامة نيرون (اى مرهج نيرون الباني) بحجج سديدة في مقالته في اصل الموارنة ودينهم . واما ما وهمه سعيد وغوليلموس في مارونا فهو مجرد اختراع قذر . فوهما اولا بزعمهما ان بدعة المشية الواحدة نشات في ايام موريق الملك كلا انها لم تنشا في ايام موريق ولا في زمان فوقا خليفته بل فشا هذا الوبا في عصر هرقل الملك نحو سنة ٦٢٨ وابتدعها اثناسيوس بطريرك اليعاقبة وسرجيوس القسطنطيني وقورش الاسكندري وثاوادوروس الفاراني كما بين المجمع السادس المسكوني والمجمع اللاتراني في ايام القديس مرتينوس ثم صفرونيوس الاورشليمي ومكسيموس المعترف ويوحنا الدمشقي وثاوافان وشدرانوس وزوناراس وشهود لا يحصون . طالع تاليف كومبيفيسيوس في المولفين مجلد ٢ في تاريخ بدعة المشية الواحدة بحث اول فلا تجد اثرا لمارون . ثانيا من الكذب ان مارون حرمه المجمع السادس فلا ذكر في

« ricii Principatu, hæresim Monothelitarum excogitasse; alter addit, sextam synodum contra Maronem, ejusque asseclas Maronitas coactam fuisse, utrique subscribunt nonnulli recentiores, qui Maronitas, Joannis nostri segregales, nil aliud fuisse existimant, quam gentem, ex Melchitis, et Jacobitis, jam olim ab invicem religionis causa divisis, conflatam. Et quidem ad Maronitas quod attinet, invictis ipsos argumentis, ab hæresi Monothelitarum purgavit doctissimus Naironus, in dissert. de eorum Origine, ac Religione. Quod vero de Marone nostro ab Eutichio, et Gulielmo asseritur, purum putum est commentum. Imprimis falsum est, Monothelismum sub Mauricio Imperatore emersisse. Non sub Mauricio, neque sub Phoca Mauricii successore, sed sub Heraclio ea pestis erupit, circa annum Christi 628. auctoribus Athanasio Jabobitarum Patriarcha, sergio Constantinopolitano Patriarcha, Cyro Alexandrino, ac Theodoro Pharanita, ut docent sexta Synodus œcumenica, Concilium Lateranense, sub S. Martino, Sophronius Hierosolymitanus, Maximus confessor, Joannes Damascenus, Theophanes, Cedrenus, Zonaras, aliique innumeri. Vide Combefisium in auct. Tom. 2. in historia hæresis Monothelitarum, Disp. I. ubi Maronis ne vestigium quidem. Deinde falsum est Maronem in sexta

هذا المجمع لمارون او الموارنة كما لا ذكر لهم بين مبتدعي هذه الارطقة وقد
عدهم وحرمهم ابا هذا المجمع بعد ان اجهدوا نفوسهم في البحث عن منشي هذا
الضلال ومحازبيه . فمن ابن لسعيد او عالم احدث منه وان حاذقا وخبيرا
بالتاريخ الكنايسي ان يرى بعد ثلثة اجيال ونيف من ظهور بدعة المشية الواحدة
ما لم يره ابا عاصروا انتشا هذه البدعة وما لم يشر اليه مورخو تلك الاجيال
واخيرا ما لم تر به خطة في الاثار الكنايسية والعالمية من الجيل السادس الى الجيل
العاشر . ولما كان الامر كذلك لا محالة فلا ارى وجها لصنيع ريناودوسيوس في
ان يكرر قوله (في مج ٢ من كتابه في الليتورجية الشرقية وفي تاريخه الكنايسي
خاصة) ان شواهد كذا مشبوهة ومرتاب بها وكانها لا شهادة ثم يغير رايه بحسب
هواه ملتفتا شهادة سعيد والمقريزي وبعض العرب وليس منهم غير اراتيكي او
غير مسلم مفضلا اياها عالما متعمدا على شهادات المجامع والابا والمورخين من روم
ولاتينيين وهو قد اقر في تاريخ بطاركة الاسكندرية المطبوع سنة ١٧١٣ ان
جميع الاقدمين يخالفون العرب المذكورين »

هذه ترجمة ما حرره السمعاني في المحل المذكور وهذا ما سماه الخوري

« *Synodo damnatum fuisse, nullus enim, in ea Synodo, Maroni, aut Maronitis locus,*
« *nulla mentio in eorum Catalogo, quos velut Monothelismi auctores recensent, et*
« *damnant ejusdem synodi patres, qui in perquirendis hujus erroris Magistris, et*
« *fautoribus, omnem navarunt operam: nec Eutichius, aut quivis alius Eutichio re-*
« *centior, oculatissimus licet, et in historia Ecclesiastica apprime versatus, tribus et*
« *amplius post exortum Monothelismum sæculis, id videre potuit, quod æquales*
« *Monothelitarum primipilis patres non viderant, quod historici eorum temporum*
« *scriptores non adnotarunt, quod denique a sexto uspue ad decimum sæculum in*
« *nullis sive sacris, seu profanis monumentis legitur. Quæ quum certissime ita se*
« *habeant, non video, cur Renaudatius, qui Tom. 20. lithurg. Orient. Arabum*
« *Syrorumque, in historia præsertim Ecclesiastica, fidem velut merito suspectam,*
« *dubiam, et prope nullam passim traducit: hoc tamen loco, mutata veluti velifica-*
« *tione, Eutichium, Macrisium, et quosdam alios arabes, quorum tamen nullus*
« *non hæreticus, aut Mahometanus fuit, Conciliis, Patribus, atque veteribus Græci*
« *latinique nominis historicis, sciens prudensque præferre velit* (fatetur enim in his-
« toria Patriarch. Alexand. edit. anno 1713, totam antiquitatem a prædictis Ara-
« bibus dissentire.) »

Hæc sunt quæ Assemanus loco citato scripsit, et hoc est quod cum aliis Assemani,

يوسف داود مع باقي اقوال السمعاني في محال اخرى برهانا غير راهن فلو
اراد الوقوف عند الصواب او اصول الجدال لزمه تصحيح قول سعيد وغوليلموس
بانتشار بدعة المشية الواحدة في زمان موريق الملك وبانعقاد المجمع السادس دفعا
لغواية مارون واتباعه خلافا لما اجمع عليه مشاهير العلما والمورخين من تصحيح
مقال السمعاني · ولم لم يأتنا خصمنا برواية صحيحة عن المجمع السادس انه حرم
مارون او الموارنة كما كان يستلزم تضعيف برهان السمعاني · فمن قال ان
زعما لا يويده برهان لزمه نقض كل برهان اتى به صاحب الزعم واذا بقيت
حجة واحدة لم ترد كفت موونة تكذيبه كما يعلم من علم المنطق · ولنات الى ما
ظنه حجة له علي السمعاني وعلي الموارنة

ان الخصم بعد قوله ان السمعاني يدافع عن زعمه وهو لا يويده برهان راهن زاد
» وخلافا لشهود اكثرهم عياني اي تيموتاوس الاول بطريرك النساطرة
من الكلدان في الجيل الثامن « وعلق باثر هذا القول حاشية قال فيها

in aliis locis dictis, Josephus David contemnit, et eum non pudet asserere Assemanum tueri opinionem, nullo suffultam solido argumento. Quod si Josephus David voluisset veritatem, aut saltem dialecticæ regulas agnoscere, debuisset probare veritatem opinionis Eutichii asserentis Maronem, sub Mauricii Principatu, hæresim Monothelitarum excogitasse, et Gulielmi dicentis sextam synodum contra Maronem, ejusque asseclas Maronitas coactam fuisse, quod diametraliter opponitur opinioni, quam tenet Assemanus, quamque universe tenent docti critici historiographi. Et cur adversarius noster nullum verum, ex sexta Synodo, adduxit documentum quo evinceret eam excommunicatione perculisse Maronem et Maronitas, uti requirebatur ad Assemani argumentum infirmandum ? Qui enim asserit opinionem aliquam, nullo fulciri argumento, refutare debet omnia argumenta ab adversario adducta et si, vel unum remanet argumentum non confutatum, satis est ad eum de mendacio convincendum, uti novit omnis, qui, vel e limine, logicam salutaverit. Sed veniamus ad id quod Josephus David putat argumentum sibi esse contra Assemanum et Maronitas.

Adversarius igitur, postquam asseruit Assemanum, nullo suffultum solido argumento, opinionem suam tueri, addidit « contra fidem tot antiquorum testium, maxima ex parte oculatorum, Thimothei, inquam, I. Pa-« triarchæ Nestorianorum ex Chaldæis (sæc. VIII.) et ad hanc assertionem notam addit in qua dicit « Inter epistolas hujus eximii Patriarchæ,

« ان من رسايل هذا البطريرك المسطرة في كتاب ٢٧ من كتب مكتبة مجمع انتشار الايمان رسالة تبتدي في وجه ٦١٣ هي الثالثة والاربعون من رسايله كتبها الى رهبان القديس مارون جوابا على رسالة سالوه بها الاتحاد مع كنيسته فاثنى عليهم برسالته ومدح الاتحاد واسهب في شرح المذهب النسطوري مثبتا جهده ان في المسيح طبعين واقنومين ومشية وفعلا بموجب ارطقة النساطرة وشرط على الرهبان المذكورين امورا لقبولهم في مذهبه ومن هذا جميعه ومن قوة رسالته كلها يظهر ان اوليك الرهبان اعتقدوا اولا ان في المسيح اقنوما. ثانيا ان فيه طبيعتين. ثالثا اعتادوا ان يزيدوا على التقديسات الثلاثة يا من صلبت لاجلنا. رابعا انهم كالنساطرة معتقدا بان في المخلص مشية واحدة وفعلا واحدا »

وعلل خصمنا ذلك بقوله « لان تيموتاوس قال في وجه ٦٢٦ ,, ولا نقسم نحن ابن الله الى مشيتين وفعلين وخاصتين كما جدف بعض.

« quæ in cod. XXVII. de Propag. extant pag. 643. incipit 43 epis-
« tola, ad Monachos S. Maronis inscripta, in qua auctor, postquam
« illos monachos, qui ad ipsum scripserant, unionem cum ipsius
« ecclesia petentes, laudibus ob pietatem, religionisque zelum cu-
« mulasset, unitatis excellentiam celebrasset, se ad eos recipien-
« dos paratum esse declarasset, denique fidem Nestorianam fusiore
« calamo exposuisset, videlicet, duas esse in Christo naturas, duas
« personas, unam voluntatem, unamque operationem juxta Nes-
« torianorum hæresim totis viribus defendisset, venit tandem ad
« ponendas conditiones, sub quibus illos Monachos in suam com-
« munionem se recepturum affirmabat. Ex quibus omnibus, et ex
« tenore totius epistolæ colligitur, illos Monachos 1° in Christo unam
« professos esse personam; 2. duas admisisse in ipso naturas, 3.
« in doxologia tamen recitanda appendicem illam ,,qui crucifixus
« es pro nobis,, opponere solitos fuisse 4. denique quoad Christi vo-
« luntates et operationes eandem sententiam ac Nestorianos ten-
« uisse, scilicet in Christo esse unam voluntatem, unamque opera-
« tionem. Etenim pag. 626. ait ,,neque nos sicut nonnulli blasphe-

فنذر من زعموا ذلك في بلاط الاراطقة حيث يكللون بالبرفير ،،
(واشار الى ديوان القسطنطينية حيث امر المجمع السادس باعتقاد
المشيئتين والفعلين) لعمري لولا توكيد البطريرك كون الرهبان الذين
يقلقهم من القايلين بالمشية الواحدة لم يونب من يقولون بالمشيئتين :
ويويد ذلك كونه ذكر في وجه ٦٥٧ شرايط استحقاق هولا الرهبان
القبول بشركته فطلب اولا ان يعتقدوا ان في المسيح اقنومين . ثانيا
ان ينكفوا عن تسمية مريم العذرا ام الله . ثالثا ان يسقطوا الزيادة من
التقديسات رابعا ان يرذلوا كيرللس ويوقروا نسطوروس وتاوادوروس
وديودوروس ولم يطالبهم ان يعتقدوا في المسيح مشية مع مدافعته
عن هذا المعتقد اولا ولا ان يقولوا ان فيه طبعين فاذا ذلك لعلمه
موافقتهم له بالعقيدتين

اقول لو فرضنا صحة كلام الخصم وصحة هذه الرسالة وحللنا قياسه هنا الى
صورته الاصلية وجدناه هكذا ((ان تيموتاوس بطريرك النساطرة لم يشرط علي

« mant, in duas voluntates, operationes, et proprietates filium Dei
« dividimus..... relinquamus, qui hæc asserunt, in hæreticorum
« atriis ubi purpura se coronant., (alludit ad curiam Constantino-
« politanam, ubi in Concilio VI. œcumenico definitum est dogma
« duarum voluntatum, duarumque operationum). Profecto nisi hic
« Patriarcha illos Monachos, quos ceteroquin valde blanditur. Mo-
« nothelitas esse compertum haberet, non tam acriter in diothele-
« tas invectus esset. Confirmatur hoc ex eo quod quum pag. 657.
« exponere susciperet, illis monachis quid ipsis agendum esset, ut
« suam communionem mererentur, exegit quidem 1º ut profite-
« rentur duas esse in Christo personas; 2. ut dicere cessarent sanc-
« tissimam Mariam Virginem esse Deiparam; 3. ut appendicem ex
« doxologia expungerent; 4. denique ut rejeco Cyrillo, reciperent
« Nestorium, Theodorum, et Diodorum: at ne verbum quidem fecit
« de admittenda una in Christo voluntate, pro qua paulo ante tam
« acriter pugnaverat, sicut nec de dicendis duabus in Christo na-
« turis, utique quia sciebat in his duobus capitibus illos mona-
« chos secum convenire »

At dato quod verum sit quod adversarius dicit, et quod epistola ista authentica
esset, si adversarii argumentum solveremus illud ad formam strictam reducentes,

رهبان دير القديس مارون اعتقاد المشية الواحدة . اذاً الموارنة يعتقدون بـ«
المشية الواحدة في المسيح » فما هذا القياس ونتيجته تزيد على مقدمته زيادة بلاد
على منزل وزيادة الف على فرد . واين اللزوم بين عدم مطالبة بطريرك النساطرة
رهبان دير القديس مارون باعتقاد المشية في المسيح وبين اعتقاد الموارنة جميعاً
اياها الا يمكن ان يضل اولئك الرهبان معتقدين المشية الواحدة في المسيح (اقول
هذا مجاراة وسيجي برهان نفي ضلالهم) دون الموارنة . اما الموارنة الا اولئك
الرهبان ابس لا . فاذاً لو فرضنا رواية الخصم صادقة ومقال تيموثاوس بنفسه
صحيحاً لم يكن البرهان منه الا مقصوراً على اولئك الرهبان . فلا يصلح البتة برهاناً
لاعتقاد الموارنة المشية الواحدة ولا لمخالفة راي السمعاني الذي يدعي الخصم تعقبه
وهذا اوضح من ان يبين

ان لنا يتضمن كلام الخصم نفسه ان الموارنة كانوا ايام تيموثاوس هذا
كاثوليكيين فقد روى في خلال كتيبه وجه ٦٤ ان تيموثاوس هذا قال في
رسالته ٤٣ الى الموارنة ما ترجمته « ان ملوكاً مسيحيين تولوكم واني قادت

sic sonaret ,,Thimotheus Nestorianorum Patriarcha non posuit ut conditionem, professionem Monothelismi Monachis Monasterii S. Maronis, ergo omnes Maronitæ Monothelitæ erant,, Quidnam est hoc argumentum cujus consequens excedit præmissas quantum provincia excedit domum et plusquam mille excedit unum? et ubinam est connexio inter omissionem Patriarchæ Nestorianorum petendi, a Monachis S. Maronis, conditionem admittendi in Christo unam voluntatem, et inter realem, a Maronitis omnibus, admissionem hujus unius in Christo voluntatis? Nonne possibile erat, ut illi soli Monachi in errorem incidissent Monothelismi, (dico hoc per transennam, et puram suppositionem, inferius enim videbit lector argumenta, quibus ab hoc dato, et non concesso errore, isti purgantur) quin Maronitæ omnes in eundem errorem incidissent? Anne Maronitæ illis solis Monachis conflantur? Igitur dato quod verum sit, quod dicit adversarius, et quod epistola Thimothei vera sit, non posset aliquid inde deduci, nisi quod illos solos monachos attingeret. Ac proinde, non est hoc argumentum, quo probetur Maronitas Monothelismum professos fuisse, nec aliquod ex eo deduci posset contra Assemani opinionem, quam confutare adversarius prætendit, et hoc adeo clarum est, ut probatione non indigeat.

Quod Maronitæ, Thimothei hujus tempore, Catholici fuissent, testimonium habemus ex adversarii ipsius verbis, etenim in libelli sui texto pag. 64. ipse refert hunc Thimotheum in epistola 43. ad Maronitas dixisse « Apud vos quidem im-

الملوك انفسهم الى الارطقة ام الى الايمان الارثود كسي قادوا معهم الكهنة والمومنين واذا كانت عندكم زيادات وانتقاصات في امر الدين» فقال الخوري يوسف داود فور روايته قول تيموتاوس هذا «ليس هنا محل تفنيد مقال هذا الرجل الاراتيكي المفتري بهذا الطعن على الكاثوليكيين بل يكفينا عرفان راي النساطرة بهذا الشان» اما هذا اقرار من الخصم بان الموارنة الذين طعن بهم تيموتاوس كانوا حينيذ كاثوليكيين وانه اسا اليهم بهذا الطعن

قد ظهر ان شهادة تيموتاوس لا توجب علي الموارنة اعتقاد المشية الواحدة ولا تصلح للتعقيب على راي السمعاني . فنبحث الان عن صدقها علي اوليك الرهبان الى لاارها لا تصدق علي الرهبان ايضا لسببين خاصة اولها ان الخصم استدل علي اعتقادهم المشية الواحدة بعدم اشتراط تيموتاوس عليهم اعتقادها وهذا عمدة استدلاله ولذاك قدمناه . والحال ان دليله قاصر عن الدلالة علي ذلك . لانه من المحقق ان النساطرة الذين تيموتاوس بطريركهم لا يغالون بالقول بمشية

« peratores Christiani regnarunt. Imperatores autem quo eorum « animi eos ducebant, sive ad hæresim, sive ad orthodoxiam, illuc « et sacerdotes et fideles conducebant. Propterea tum additiones, « tum diminutiones in Religione apud vos locum habuerunt » cui citationi Joseph David addit immediate « non hic locus est hæreticum ho- « minem tanta injuria catholicos afficientem, refellere; sed satis est cognovisse Nestorianorum opinionem in re de qua agimus » Nonne his verbis, confitetur ipse adversarius, Maronitas, quos Timotheus alloquebatur, fuisse tum temporis Catholicos, et quod Timotheus male se gesserit eos injuria afficiendo?

Jam evicimus testimonium Timothei non probare Maronitas monotheliismum professos fuisse, neque valere ad confutandum Assemanum. Age examinemus nunc an verificetur hoc testimonium quoad ipsos Monachos. Equidem, duabus, præsertim, de causis, credo, nec quoad Monachos etiam, hoc testimonium valere. Primo quia adversarius ex eo deducit Monachos Monothelitas fuisse, quod Timotheus non petierit ab eis, ut conditionem, hanc professionem Monothelismi: cumque hoc sit præcipuum indicium, ex quo hanc opinionem adversarius deducit, illud primo loco posuimus. Atqui indicium hoc nil probat, quia certum est Nestorianis, quorum Ti-

او مشيئتين فما ذلك عندهم من عقايد الدين . وقد اثبت هذا ابو الفرج ابن العبري (الذي يعتمد الخصم اقواله وقد استشهد به علينا) اذ قال « اما النساطرة فمخيرون ان يعتقدوا المشيئتين او لا يعتقدوهما فيتعلرجون الى طرفين اذ لا نرى شيأ من ذلك في كتبهم القديمة وقد اسمعنا بعض علمايهم ان للطبيعتين والاقنومين مشية واحدة » (رواه السمعاني بحروف ابن العبري في المكتبة الشرقية مجلد ٢ وجه ٢٩٢) وكما استدل خصمنا على اعتقاد رهبان دير القديس مارون المشية الواحدة بعدم اشتراط تيموثاوس عليهم اعتقادها نستدل على اعتقاد النساطرة المشيئتين بعدم اشتراط البابا بولس الخامس على بطريركهم ايليا اعتقادهما في رسالته اليه سنة ١٦١٧ المفتتحة قد ملى فوادنا تعزية حيث قال ان الكلدان اذا ارادوا العود الى حظيرة الكنيسة لزمهم امران «الاول ان تعترفوا بالفاظ صريحة جلية بينة ان في المسيح الاله والانسان اقنوما واحدا الهيا في الطبيعتين وتقروا بوحدة الاقنوم بالمعنى الذي تعلمه الكنيسة المقدسة الرومانية الكاثوليكية

---

motheus Patriarcha erat indifferens est unam, aut duas, in Christo, profiteri voluntates, quum hoc, nullimode, penes ipsos, ad fidem pertineat, ergo etc. Confirmat hoc Abulfaragius Barhebræus, (cujus testimonia adversarius plurimi facit, et quem contra nos citat non semel) ubi dicit « *Nestoriani vero, duas voluntates, libere, affirmant, et negant: utroque enim pede claudicant, quum, in antiquis eorum libris, nil horum legitur, nosque plures ex eorum sapientibus audivimus unam duabus naturis, hypostasibusque, voluntatem asserentes* » (Sic refert Assemanus, iisdem Barhebræi verbis, Bibl. Or. Tom. II. pag. 292.) Et sicut adversarius noster, ex eo quod Timotheus prætermiserit conditionem professionis Monothelismi, concludit Monachos Maronitas in hanc hæresim lapsos fuisse, sic nos concludimus, Nestorianos profiteri duas esse in Christo voluntates ex eo quod Paulus Papa V., in epistola sua, an. 1617. quæ sic incipit ,,*repleti sumus consolatione*,, ad Eliam Nestorianorum Patriarcham missa, non petierit ab eis, ut conditionem, professionem harum duarum in Christo voluntatum. Pontifex enim dicit, a Chaldæis ad ovile Ecclesiæ redire volentibus, duo peti «*Primum ut disertis, claris, et apertis vocibus confitea-*
« *mini, unam esse in Christo Deo et homine cum duabus naturis subsistentiam, et*
« *illam esse Divinam: quam unitatem subsistentiæ et personæ credere profiteamini*
« *ad sensum Sanctæ Romanæ Catholicæ et Apostolicæ Ecclesiæ; sicuti etiam quod*

الرسولية وتعترفوا بان العذرا المطوبة هي ام الله حقيقة . الثاني ان توضحوا انكم
عرفتم الاضاليل التي تمسكتم بها زمانا مديدا ايها النساطرة وبالتالي ان تحرموا
نسطور وتاوادوروس وباقي الاراطقة الذين حرمهم الابا القديسون خاصة في
المجامع العامة الافسسي والخلكيدوني والمجمعين الخامس والسادس)) فلو علم
الحبر الاعظم ان من ضلالهم اعتقاد المشية الواحدة لصرح بذكره للاقلاع عنه .
ولا يضاد هذا ما رواه السمعاني في مقالته في السريان النساطرة من قول بعض
علمائهم بالمشية الواحدة لان هذا قول بعض ونحن لم نوجب الا كون اعتقاد
المشية ليس من عقايد الدين عندهم . وقد روينا عن ابن العبري ان بعضهم
يقول بمشية واحدة هذا وان من قال منهم مشية ظهر من نفس مقاله تاويله بمعنى
انه لم يكن للاقنوم البشري مشية تخالف مشية الاقنوم الالهي . كما نقول مثل
ذلك بالمعنى الكاثوليكي مقولا بان المخلص لم يكن فيه مشيتان تضاد احداهما
الاخرى كما قال البابا انوريوس في جوابه الشهير الى سرجيوس بطريرك
القسطنطينية فاذا ثبت كما رايت ان اعتقاد المشية او المشيتين ليس عند
النساطرة من الدين فما يكون من استدلال خصمنا على اعتقاد اوليك الرهبان

« *BeatissimaVirgo vere sit Mater Dei: alterum quod facere debetis,est,ut declaretis*
« *agnovisse errores, quibus implicati longo tempore habiti estis Nestoriani, ideoque*
« *anathematizavisse Nestorium, et Theodorum, omnesque alios hæreticos a sanctis*
« *Patribus damnatos, præcipue in Ephesina, Chalcedonensi, et quinta et sexta uni-*
« *versalibus Synodis.»* nam si Pontifex scivisset, monothelismum fuisse ex eorum erroribus, non prætermisisset expresse petere ab eis, ut illum rejicerent. Nec obstat quod Assemanus refert, in sua dissertatione de Syris Nestorianis, de professione monothelismi per nonnullos doctores eorum, quia hoc particulare est, et nos non asserimus nisi quod, monothelismi professio non sit de fide penes eos, et jam retulimus, ex Barhebræo, quod nonnulli ex ipsis Monothelismum profiteantur: adde his, quod, qui ex ipsis unam voluntatem profitentur, indicant, ipsis suis verbis, nil aliud per hoc velle, quam quod persona humana, non habeat voluntatem contrariam voluntati personæ divinæ. ad eundem modum, quo sensu Catholico et nos asserimus, significando, quod non fuerint in Salvatore duo voluntates, una alii contradicens, uti dixit Honorius Papa in celebri responsione ad Sergium Constatinopolitanum Patriarcham. Probatum est igitur, ut vides, quod professio unius, aut duarum, in Christo, voluntatum apud Nestorianos, non pertineat ad fidem, proindeque ad nihilum reducitur conclusio adversarii contra monachos, quos supponit monothe-

المشية الواحدة بعدم اشتراط تيموثاوس بطريرك الكلدان عليهم اعتقادها.

اما تعليل الخصم اعتقاد هولا الرهبان المشية الواحدة بقوله لان تيموثاوس قال ولا نقسم نحن ابن الله الى مشيتين الخ فبطلانه بين كمخالفته لاصول المنطق وعلم البيان ايضا فهذا قول تيموثاوس لا قول اوليك الرهبان فوجب عليه لا عليهم القول بالمشية الواحدة حتى لا ينتج منه ان اعتقاد المشية الواحدة عقيدة دينية يفرض على كل نسطوري الاقرار بها ولعل تيموثاوس هذا كان من جملة من قال فيهم ابن العبري انهم يقولون بمشية واحدة . فلم يصرح خصمنا بعبارة يتخلص منها اعتقاد الرهبان المشية بل اعتاض عن ذلك بما يدل على اعتقاد تيموثاوس والحال يستلزم التصريح بالاول كما لا يخفى . بل يتخلص من كلام تيموثاوس هذا خلاف ما زعمه الخصم فلو اعتقد اوليك الرهبان المشية الواحدة لكان توبيخ تيموثاوس القايلين بالمشيتين عبثا وفي غير محله ولذلك نعتبر توبيخ تيموثاوس على اعتقاد المشيتين موجها الى الرهبان ولا نسلم بما افترضه الخصم من التملق لهم لان التملق لا يلجيه الى السكوت على ما

litas ex eo quod, Timotheus Patriarcha Caldæus, hujus erroris professionem, uti conditionem, eis non posuerit.

Argumentationis autem, adversarii, de horum monachorum professione, unius in Christo voluntatis, ex eo quod Timotheus dixerit « Neque nos, sicuti non-« nulli blasphemant in duas voluntates, operationes, et proprieta-« tes filium Dei dividimus » futilitas patet, uti et ejus logicus, et rhetoricus error. Hæc enim verba sunt Timothei, non illorum Monachorum, proindeque important eum, non eos Monthelismum profiteri, neque ex eo deduci potest Monothelismum articulum esse fidei, ab omni Nestoriano profitendum, nilque obstat quin Timotheus fuerit ex illis, quos Barhebræus dicit Monothelismum profiteri. Et cur adversarius noster, nil retulit ex quo clare pateret illos monachos monothelismum professos fuisse, sed pro hoc retulit quod, ad summum, indicaret Timotheum, id professum fuisse, dum locus requirit primum clare evincere, uti patet. At, vel ex ipsis Timothei verbis, videtur posse erui oppositum conclusioni adversarii. Etenim si illi monachi unam professi fuissent in Christo voluntatem, perperam, et extra rem Timotheus invectus fuisset in eos qui duas agnoscebant voluntates. Et ideo putamus Thimothei invectiones in professionem duarum voluntatum, ad monachos directas fuisse; et non admittimus, cum adversario, Timotheum, erga eos, usum fuisse blanditiis, blanditiæ enim non eum obligavissent ad silentio prætereunda ea, quæ penes eos invenisset contraria

براه فيهم مخالفا لرايه والا لما اشترط عليهم ما يخالف معتقدهم كما روى الخصم نفسه

السبب الثاني ان الخصم يقول ان تيموتاوس بعث بهذه الرسالة الى رهبان دير القديس مارون · والحال ان تيموتاوس رقى البطريركية سنة ٧٧٨ وقضى اجله سنة ٨٢٠ (كما صرح به السمعاني في مكتبته الشرقية مجلد ٢ وجه ٤٣٤ ومجلد ٣ وجه ١٥٨ وابن اخيه يوسف لويس السمعاني في تاريخه في بطاركة الكلدان والنساطرة وجه ٧٨ والخصم نفسه يقوله انه كان في الجيل الثامن) ودير القديس مارون الذي يشير اليه قد دكته عساكر يوستينيانوس الاخرم سنة ٦٩٤ كما يحقق موجز تاريخه الاتي · فكيف يتفق ان يكتب تيموتاوس الى رهبان دير دك قبله بنحو جيل كامل ولم يتجدد بناوه

ان دير القديس مارون شيده المومنون بعد نياحه بين حماه وحمص على شاطي العاصي كما يلخص من قول تاودوريطوس في كتابه تاريخ الدين راس ١٦ وكان رهبانه عضدا في الشرق للايمان الكاثوليكي كما روي باجيوس في تاريخ سنة ٤٠٠ عدد ١٩ عاصيهم الارطقات وصد اختيارها والانذار بالايمان

professioni suæ, aliter non petiisset ab eis ea, quæ contraria erant professioni eorum, uti adversarius ipse refert.

Ratio secunda est, quod adversarius dicat Timotheum hanc epistolam misisse Monachis Monasterii S. Maronis. Atqui Timotheus ad Patriarchatus dignitatem evectus est an. 778, et vita functus est an. 820. (uti clare videre est apud Assemanum Bibl. Or. Tom. II. pag. 434. et Tom. III. pag. 158, et apud hujus nepotem Josephum Aloisium Assemanum, in historia sua de Patriarchis Caldæorum, et Nestorianorum pag. 78, et ipse adversarius fatetur ipsum fuisse sæculi octavi), At Monasterium S. Maronis, ad quod alludit, jamdudum Justiniani Rhinotmeti milites funditus diruerunt, anno 794, uti ex brevi notitia, quam, de eo, subjuncturi sumus, innotescet. Quomodo autem fieri possit, ut Timotheus scriberet Monachis Monasterii jam, ab ætate sua, sæculo circiter, diruti, et nunquam in posterum reædificati, non intelligo.

Sancti Maronis cœnobium, post hujus sancti obitum fideles, ad Orontis ripam, Emessam inter, et Apameam ædificarunt, uti clare videre est in Theodoreti philothea cap. 16. hujus cænobii monachi fortissima erant, in Oriente Religionis propugnacula, uti refert Pagius in hist. ad annum 400. No. 19. etenim hæreticos oppu-

والاذعان لرسوم المجمع الخلكيدوني في سورية كما يظهر من رسالتهم باسم رهبان اقليم
حماه الى اسافقة المعاملات وهذه الرسالة مدونة في اعمال المجمع الخامس العام واول
من امضاها اسكندر القس رئيس دير القديس مارون وكذا ترى امضا هذا
الرئيس في رسالة روسا اديرة سورية الثانية الى البابا هرمزدا ولهذا احتدم
الاراطقة غيظا من هولا الرهبان فلقيوا الامرّين من الاشافاليين والساويريين
والاوطاخيين واتباع بطرس القصار حتى انال الملك انسطاس ثلاثماية وخمسين
راهبا من رهبان دير القديس مارون اكليل الشهادة وتكرم الكنيسة
الرومانية ذكرهم في ٣١ تموز وحرق اديرتهم كما يظهر من رسائل روسا الاديرة
الى البابا هرمزدا المدونة في اعمال المجمع الخامس ايضا حيث شكوا هذه النازلة
فقالوا «بينما نحن ماضون الى دير القديس سمعان لشاغل في الكنيسة فاكمن
لنا في الطريق رجال اثمة ووثبوا علينا فقتلوا ثلاثماية وخمسين راهبا وجرحوا
بعضا ولجا بعضنا الى المذبح الموقر فاماتوهم هناك واحرقوا الاديرة» فرمم دير
القديس مارون بعد ذلك الملك يوستينيانوس الكبير كما شهد بروكوبيوس

gnabant, propagationemque hæresum impediebant, et prædicabant observanda esse ea, quæ a quarta Chalcedonensi Synodo statuta sunt, uti videre est in libello eorundem monachorum, tractus apameensis, ad secundæ Syriæ episcopos, qui insertus est in ejusdem quinti generalis Concilii actione prima, quem libellum primus subscribit sacerdos Alexander Archimandrita S. Maronis. pariter videre est subscriptionem hujus Archimandritæ in libello Archimandritarum Monasteriorum Secundæ Syriæ, ad Hormisdam Romanum Pontificem. Quas ob res, hæretici, furore correpti contra hos monachos, in eos sevitiam suam exercuerunt Acephali, Severiani, Eutichiani et asseclæ Petri Fullonis, ita ut Anastasius Imperator tercentos quinquaginta, ex hoc Sancti Maronis Monasterio, Martirizaverit Monachos, quorum memoriam, Ecclesia Romana honorat die 31. Julii, et monastria eorum igne combusserit, uti narratur, in libello Archimandritarum ad Hormisdam Pontificem, qui libellus continetur in actis quintæ Synodus, et in quo de his conquæruntur dicentes « *Euntibus nobis ad Mandram domini Simeonis, pro causa ecclesiæ, insidiati sunt* « *nobis, in itinere, perditi coinquinati, et supervenientes occiderunt ex nobis* 350. « *quosdam autem vulneraverunt, alios vero, qui potuerant ad colenda altaria fu-* « *gere, ibidem peremerunt, et monasteria incenderunt.* » Magnum autem Maronis cœnobium restauravit Iustinianus Magnus, uti testatur Procopius Cæsariensis, qui hujus Imperatoris tempore vivebat, in opere de ædificiis Imperatoris Iustiniani

القيساري الذي كان معاصرا لهذا الملك في تاليفه في الابنية ك ٥ راس ٩ .
فتكاثر رهبانه وسما فضلهم وعاد ديرهم اول الديارة في سورية الثانية كما يظهر
من اعمال المجمع الخامس اذ حضر فيه بولس الشماس ويوحنا القس من رهبان
هذا الدير وفي رسالة رهبان هذا الاقليم الى يوستينيانوس الملك المعلقة بين
اعمال هذا المجمع يسميان نفسهما راهبي دير القديس مارون اول اديرة
سورية الثانية . ومن هذا الدير نشا القديس يوحنا مارون اول بطاركة طائفتنا
ولما تفاقم غضبه وعلى الموارنة غضب الملك يوستينيانوس الثانى الاخرم لمخالفتهم
ماثوراته الدينية ايضا وتشبثهم بعرى الكنيسة الرومانية ارسل عساكره للتنكيل
بهم سنة ٦٩٤ فاتوا الدير المذكور فجعلوه قاعا صفصفا وقتلوا خمسماية من
رهبانه وقرضوا سكان قنسرين والعواصم تلاذتهم واتوا كورة اطرابلس قاصدين
القبض على القديس البطريرك والتنكيل باللبنانيين فشتتهم الموارنة وقتلوا
قايديهم في موقعة اميون الشهيرة كما روي ذلك البطريرك اسطفانوس
الدويهي الاهدني في كتابه اصل الموارنة والبطريرك يوسف العاقوري وكتاب

lib. 5. cap. 9. proindeque multiplicati sunt Monachi ejus, eorumque virtus splenduit, et eorum monasterium, principale iterum evasit secundæ Syriæ cœnobium uti patet ex actis synodus quintæ in qua adfuere Paulus diaconus, et Joannes Presbyter, uterque hujus cœnobii monachi, qui, in libello Monachorum hujus Provinciæ, ad Iustinianum Imperatorem, in ipsius quintæ synodus actis, contento, se appellant Monacos cœnobii Sancti Maronis, quod est principale secundæ Syriæ Monasterium. ex hoc autem Monasterio exortus est [S. Joannes Maro, primus Nationis nostræ Patriarcha, contra quem et Maronitas, cum magnopere iratus fuisset Iustinianus secundus Rhinotmetus, propterea quod ei, in rebus etiam fidei, non obtemperaverint, sed Romanæ addicti fuerint Ecclesiæ, agmina sua, anno 694, ad eos debellandos misit; milites autem ad dictum monasterium ut pervenerunt illud funditus diruerunt, et quingentis ex ejus monachis interfectis, Kennesrini quoque et Hawasem incolis, monacorum asseclis, dispersis interfectisque Tripoleos Curam petierunt, in Sanctum Patriarcham manus injicere, Libanensesque profligare cupientes .At Maronitæ eos disperserunt, eorumque duos duces, in celebri, prope Amiun oppidum. pugna interfecerunt, uti narrat Patriarcha Stephanus Aldoensis Edenensis, in opere de Origine Maronitarum. Patriarcha Joseph Acurensis, et Auctor Apologiæ Jacobitarum; imo Eutichius ipse Alexandri-

تعليم اليعاقبة بل ان سعيد بن بطريق نفسه قد اشار الى شي من ذلك

وبعد ادمار دير القديس مارون لم يجدد احد بناه ولم نر احدا من المورخين اتى بذكره بعد ذلك . وناهيك من ان استيلا الاسلام في سورية في ذلك الجيل واضطرار الموارنة الى التحصن بجبال لبنان لا تبيحا التصديق بانه بقي لهم دير عند حماه في اواخر القرن الثامن واوايل التاسع حتى كان لتيموثاوس الاول ان يكتب اليهم الرسالة التي رواها الخصم . ولم نر السمعاني تعرض لذكرها مع شرحه مقال عبد يشوع في تاليف البطريرك تيموثاوس المذكور في مجلد ٣ من المكتبة الشرقية وجه ١٥٨ وما يليه خلافا لعادته . ولا ذكرها ابن اخيه يوسف لويس السمعاني في كتابه تاريخ بطاركة الكلدان والنساطرة وجه ٧٥ وما يليه مع اطنابه في شرح اعمال تيموثاوس هذا ورسائله وهب هذه الرسالة صحيحة فقد برهنا ان لا بينة منها على الموارنة بعمومهم ولا على رهبان دير القديس مارون

ان الخصم بعد استشهاده بتيموثاوس المذكور قال والقديس يوحنا الدمشقي من الملكية الروم في القرن الثامن واضاف الى قوله هذا حاشية

nus aliquid de hoc innuit.

Postquam Sancti Maronis cœnobium, hac vice, destructum fuit, nemo illud restauravit, nec posthac ullum videmus auctorem illud memorantem. Adde quod, cum Mahometanorum, in Syria, illo sæculo, invaluerit dominatio, et Maronitæ ad Libanum confugere, salutis gratia, adstricti fuissent, non licet nobis credere, illos sub fine sæculi octavi, et initio noni adhuc habuisse cœnobium prope Apameam, ita ut Timotheus primus potuerit scribere epistolam, quam retulit adversarius. Nec videmus Assemanum eam epistolam memorasse, ubi refert ea quæ Ebedjesu scripsit de Timothei prædicti operibus Bibl. Or. Tom. III. pag. 158. et Seq. quod insolitum ei est. Nec ejus nepos Josephus Aloisius Assemanus eam memoravit, in opere de Patriarchis Chaldæis et Nestorianis, in quo pag. 75. et seq. diserte loquitur de rebus ab hoc Timotheo gestis, et de ejusdem epistolis, et dato quod hæc epistola authentica sit, jam probavimus nil ex illa deduci posse nec contra Maronitas, in generali, nec contra monacos cœnobii Sancti Maronis, in particulari.

Adversarius, postquam Timotheum citavit, prosequitur « S. Joannis « Damasceni, ex Melchitis Græcis (Sæc. VIII.) notamque apponit quæ Sequentia dicit 1. « Res observatione dignissima: quod cum Maronitæ

قال فيها اولاً انه لامر يستحق الاعتبار كون كتب الموارنة واليعاقبة
الطقسية كانها واحدة ويخالفهم الموارنة بشي واحد يخص القديس
يوحنا الدمشقي فان اليعاقبة والموارنة ليتورجية واحدة لتقديس
وتوزيع الاسرار والتبريكات وما اشبه وكتب الفرض كانها واحدة
بكل اجزائها . ثانياً ان الامر الغريب انما هو ان اليعاقبة ترجموا
الى لغتهم السريانية منذ القرن الثامن القوانين المعروفة بالقوانين
الرومية التي الفها القديس يوحنا الدمشقي وادرجوها في ليتورجيتهم
واما الموارنة فلم يشاؤا عرفان هذه القوانين وان لم يانفوا ان
يدخلوا في ليتورجيتهم ميامر يعقوب الرهاوي المعلم اليعقوبي الذي
كان نصف جيل قبل الدمشقي فانما ذلك لان الدمشقي لم يرفق
بالموارنة في تاليفه اذ كانوا احدث البدع الشرقية واقربها اليه .
ثالثاً ان الدمشقي قال في رسالته الى يوردانوس عد ٥ « لو رتلنا

« eosdem fere habeant libros liturgicos ac Jacobitæ, discrepent
« tamen ab his in una tantum re, quæ præcise ad S. Joan-
« nem Domascenum attinet. Etenim Jacobitis ac Maronitis eadem
« prorsus est liturgia pro celebrando Missæ Sacrificio; idem fere
« ritus pro administrandis Sacramentis Baptismi, Pænitentiæ, Ma-
« trimonii, Ordinis, pro dandis variis benedictionibus, et similibus;
« iidem fere libri pro publico culto Deo persolvendo, eodem fere
« ordine digesti, constantesque iisdem partibus......2. Attamen sin-
« gularissimum est quod cum Jacobitæ inde a sæculo VIII. cano-
« nes quos vocant Græcos a S. Joanne Damasceno compositos, in
« Syriacam linguam converterint, et in suam liturgiam induxerint,
« Maronitæ nunquam hos canones agnoscere voluerunt, quamquam
« ii non renuerint in suis liturgicis libris admittere hymnos et can-
« tica Jacobi Episcopi Edesseni doctoris Jacobitæ, qui minus quam
« medio Sæculo Joannem Damascenum ætate præcesserat. Hujus rei
« singularis ratio consistere nequit nisi in hoc, quod Damascenus
« videtur in suis scriptis parum pepercisse Maronitis, utpote qui
« omnium sectarum Orientalium recentissimi ac ipsi vicinissimi
« erant, immo sub ipsius oculis continuo versabantur. 3. Etenim
« inter alia in epistola ad Jordanem No. 5. ait ,,si ter sanctum

الهيمر المقدس ثلثا الابن وحده لا ندفع كل لبس واضفنا مع
الموارنة الصلب الى التقديسات الثلثة ومعاذ الله ان تتفوه شفاهنا
ايضا بهذا » حتى لو سلمنا بما زعمه السمعاني في مكتبة الناموس
الشرقي مج ٥ وجه ٥٠٦ ان الدمشقي كتب لفظة بارونيزومن
(اي نهذي كالسكارى) لامارونيزومن (اي نرى كالموارنة) بقي
ثابتا ان الدمشقي نزل الموارنة (اذ لاشك بالحاقهم زيادة الصلب
بالتقديسات) منزلة غير ارثودكسيين ارذله هذه الزيادة ومن
استعملها. وهاك شاهدا اخر من الدمشقي في كتابه في الراى القويم
عد ٨ حيث اسهب في شرح الايمان القويم ثم اختتم بقوله « اقسم
بالثالوث المسجود له المتساوي جوهرا دون مكر وخدعة اني ارى
كذلك ولا اذعن لغير هذا ولا اشترك مع من لا يعترف بهذا الايمان
لاسيما الموارنة » رابعا اقول بالايجاز اما ان الموارنة كانوا وحدهم
كاثوليكيين في بطريركية انطاكية في الجيل الثامن كما زعم السمعاني

« hymnum de filio solo dicamus, omnis prorsus sublata est ambi-
« guitas, atque cum maronitis trisagio crucifixionem adiicimus.
« Verum absit, ut vel labiis hoc usurpemus,, etiamsi concedatur
« id quod Assemanus in Bibl. Jur· Orient. Tom. 5. pag. 506. con-
« tendit, nimirum Damascenum adhibuisse verbum παροινήσομεν
« PAROINISOMEN (tamquam ebrii delirabimus) non vero μαρωνισομεν
« MARONISOMEN (cum Maronitis sentiemus), stat semper firmum,
« Maronitas, qui appendicem Trisagio indubitanter apponebant,
« tamquam heterodoxos a Damasceno habitos fuisse, qui hanc ap-
« pendicem et illos qui eam adhibebant tantopere condemnabat.
« Audiamus etiam alterum Joannis Damasceni testimonium in li-
« bello de recta sententia No. 8 prolatum, ubi postquam orthodox-
« am fidem ample exposuisset, sic concludit: ,,et juro per S. Con-
« substantialem, et adorandam Trinitatem, absque omni dolo et
« fraude me ita sentire, nec aliud quidpiam præter illa admittere;
« nec me communicaturum cum altero, qui fidem hanc non con-
« fiteatur, ac præsertim cum Maronitis,, 4. Uno verbo aut Maroni-
« tæ soli erant sæculo VIII. in Patriarchatu Antiocheno catholici,

مرات (مثلا في المكتبة الشرقية مجلد ١ وجه ٥٠٢ في الحاشية) وحينئذ لا يمكن ان يسمى يوحنا الدمشقي كاثوليكيا اذ لم يكن مارونيا اما ان الكنيسة التي كان الدمشقي يشترك معها كانت وحدها كاثوليكية وعليه فماذا يقال في الموارنة وهو كان يأبى الاشتراك معهم» انتهى

اقول نظرا الى الاول وهو المشابهة (ليس في ذلك مطابقة تامة كما سترى) بين الكتب الكنايسية عند الموارنة واليعاقبة ما المضرة من هذه المشابهة ولو صارت طباقا تاما واية حجة للخوري يوسف داود علينا بها وهو القايل في فاتحة كتيبه وجه ١٠ «من مفعولات العناية الالهية ان مواد التقليد اجمع التي كانت عندهم (اي عند السريان) قبل الانشقاق عن الكنيسة الكاثوليكية حافظوا عليها بجهد اجيالا عديدة واوصلوها الينا سالمة فان الفقهاء والخبراء بالعلوم الكنايسية واللاهوتية اوضحوا وهم على مزيد السرور ان لا عقيدة في وديعة الايمان ولا تقليد رسولي الا

« ut passim cl. Assemanus asserit. (ex.gr.Bibl.Or.Tom. I. pag.503.
« in nota), et tunc J. Damascenus. qui certe non erat Maronita,ca-
« tholicus dici non posset; aut sola ecclesia quacum J. Damascenus
« communicabat,catholica erat,et tunc quid dicendum de Maronitis,
« quorum communionem ipse recusabat ? »

At ad primum,id est quoad affinitatem,(identitas enim,non existit,uti videbimus inferius) quæ existit inter libros ecclesiasticos penes Maronitas et Jacobitas, dico: quidnam mali est in hac affinitate,etsi ad identitatem etiam redacta esset? Et quodnam argumentum ex hoc Josephus David, contra nos, eruere potest, dum ipse, in præfatione libelli sui, pag. X. ait « Divina tamen providentia factum est,
« ut omnia sacræ traditionis elementa, quæ ante suam ab ecclesia
« catholica separationem possidebant (Syri) per tot secula diligen-
« ter custodierint, intactaque fere usque ad nos transmiserint. Eru-
« diti enim viri, in Orientalium ecclesiastica litteratura et Theologi-
« cis studiis apprime versati, magno cum gaudio demonstrant, nullum
« esse in deposito fidei dogma, nullum disciplinæ caput ab Aposto-

وتجد له اثارًا بينة او كالبينة في تعاليم هذه الطايفة القديمة » واوضح
من ذلك قوله في وجه ١٢ « ان كتب ليتورجية الكنيسة السريانية
الكلدانية اصلها كاثوليكي كانه بجملته وان بلغتها الينا يد الاراطقة
.... فيلزم القول اذًا بان هذه الكتب المنطوية على طريقة
العبادة لله أُلفت عند اوليك الشعوب قبل الانشقاق ولم يكن
وجه لترك كتبهم قبل الانشقاق وادخال كتب اخرى حديثة »
واكثر صراحة من هذا قوله التالي وجه ١٤ « ويظهر هذا من المشابهة
التامة التي ترى متواترا بين الكتب التي يستخدمها الكلدان والكتب
التي يستخدمها السريان بل الموارنة ايضا . وهي برهان بيّن على ان
هذه الكتب وجدت او اكثرها قبل ازمنة الانشقاق واللبيب يعلم
ان هولاء الشعوب بعد انفصالهم عن الكنيسة الرومانية و بعضهم عن
بعض بالانشقاق تفاقمت البغضاء بينهم حتى استحال على احدى
هذه الطوايف ان تاخذ عن الاخرى شياً ولو يسيرًا » اما يكفي قوله

« lis traditum, quorum vel clara, vel saltem adumbrata vestigia in
« antiquissimis illius nationis documentis non inveniantur» Clarius
hoc habet pag. XIII. « libri itaque liturgici ecclesiæ Syrochaldaicæ,
« licet per manus schismaticorum ad nos pervenerint, catholicam
« tamen fere in universum habent originem.....dicendum igitur est
« hos libros, qui divini cultus rationem continent, apud illos po-
« pulos ante schisma compositos fuisse, cum nulla intercesserit
« causa, cur, prioribus libris quos ante schisma habuerant rejectis,
« novos creaverint » adhuc magis magisque clarum est quod pag. XIV. habetur.
« Deinde id patet ex perfecta Similitudine, quæ passim regnare cons-
« picitur inter libros a chaldæis adhibitos, et illos Syrorum, imo
« etiam Maronitarum; quod evidentissimum est argumentum, hos
« libros ante schismatum tempora, saltem in summaria parte, jam
« extitisse; namque, ut eruditis compertum est, hi populi post-
« quam per schismata ab ecclesia catholica et ab invicem se sepa-
« raverint, mutuo sese odio ita prosequebantur, ut impossibile
« omnio fuisse, ut una ab altera secta aliquid vel minimum mu-
« tuaretur » Nonne hæc, quæ ipse dicit, satis sunt ad retundendam insinuatio-

هذا موونة رد ما اشار اليه بقوله ذاك فلمثله ان يجدع انفه بكفو . هذا ولا يخفى ما من الخلاف بين دعواه السابقة علينا بالمونوتليتية ودعواه المشار اليها هنا علينا باليعقوبية

اننا لا ننكر المشابهة بين الكتب الكنايسية عندنا وعند اليعاقبة واقر بها علماونا ايضا منهم العلامة السمعاني في المكتبة الشرقية في مقالته في المونوفيزيتيين وابن اخته المطران اسطفانوس عواد السمعاني في فهرست الكتب الشرقية في المكتبة المديشية وجه ٧٥ والاب بطرس مبارك الماروني اليسوعي في مقالاته المعلقة على المجلد الثاني من كتب القديس افرام السريانية راس ٧ وجه ٤١ وما يليه . ووجه هذه المشابهة بين . فاننا جميعا سريان اصلا . وقد رايت من اقرار الخصم ان هذه الكتب الفت قبل الانشقاق وان اصلها كانه بجملته كاثوليكي . الا ان ما بين هذه الكتب الطقسية عندنا وعند اليعاقبة انما هو مشابهة لا طباق تام . فبينها خلافات صرح بها السمعاني وابن اخته في المحل المومأ اليها واخصها الخلاف اولا في بعض امور تختص بمعتقد اليعاقبة ادخلوها كتبهم بعد انشقاقهم . ثانيا في امور طقسية فان كهنة اليعاقبة يقدسون خبزا

nem ab eo intentam contra Maronitas ? Sed non miramur quod ipse sibi contradicat; nec latet quantum sibi invicem contradicant præcedens ejus contra nos accusatio Monothelismi, et quæ hic insinuatur Jacobitismi.

Equidem non inficiamur affinitatem inter libros ecclesiasticos, qui apud nos et Jacobitas in usu sunt. Hanc affinitatem confessi sunt doctores quoque nostri inter quos celeberrimus Assemanus, in Bibl. Or. Dissert. de Monophysitis, et ejus ex sorore nepos, Episcopus Stephanus Evodius Assemanus, in catalogo librorum Orientalium Bibliothecæ Mediceæ, pag. 75 et Pater Petrus Ambarachius S. J. Maronita in suis dissertationibus, quas sub Anterrheticon nomine ad secundum S. Ephrem Syri operum volumen adjecit cap. 7. pag. 41 et seq. ratio autem hujus affinitatis clare patet. Etenim omnes Syri sumus origine; et jam innotuit, ex adversarii confessione, hos libros compositos fuisse ante separationem per hæreses, et catholicam fere in omnibus habere originem. At inter hos libros, apud nos et Jacobitas existentes, affinitas tantum, non vero identitas invenitur. Differentias autem, quæ inter eos existunt patefecerunt Assemanus, ejusque nepos, locis supra citatis, et harum præcipuæ consistunt 1. In aliquibus rebus ad fidem Jacobitarum pertinentibus, quas post separationem in libros ipsi introduxere suos. 2. in aliquibus rebus, ritum

خبزا كالروم والقبط (وهذا بين وصرح به ابن صليبا احد علمايهم رواه السمعاني في المكتبة الشرقية مج ٢ وجه ١٨٢) واما كهنة الموارنة فيقدسون خبزا فطيرا كالارمن كما كانت عادة السريان اجمع (حققه ديونيسيوس بطريرك اليعاقبة في القرن الثامن راويا عن يوحنا اسقف اسيا في القرن السادس رواية صريحة «بان جسد المسيح كان يوكل عندهم بالفطير» (ارجع الى المكتبة الشرقية مج ١ وجه ٤٠٩) واليعاقبة انفسهم قبل ايام الدمشقي (حققه فابريشيوس في البيبليوغرافيا راس ١١ عد ٢٦ وجه ٤٠٢ عن الدمشقي نفسه) ثم ان اليعاقبة يزعمون ان عدد خبز التقديس اذا كان غير اثنين لزم كونه وترا اي فردا لا شفعا اي زوجا (ذكره ابن صليبا وروى كلامه السمعاني في المكتبة الشرقية مج ٢ وجه ٨٢) وان الخبز يلزم كونه حديث يومه (حققه العالم اليعقوبي المذكور في المحل المشار اليه) ويدخلون الزيت والملح في خبز الاوخارستيا (ذكره العالم المذكور وابن شوشان بطريركهم ويوحنا الحادي عشر بطريركهم الاخر كما روى السمعاني في المجلد المارذكره وجه ١٤٤ ووجه ١٥٣) ولا شي عند الموارنة من ذلك جميعه . ثم ان اليعاقبة ياكلون اللحم بعد مغرب الشمس يومي الاربعا والجمعة

respicientibus, ex. gr. ipsi fermentatum panem consecrant, ad instar græcorum Coptorumque (hoc notum est et a Barhebræo eorum doctore expresse relatum. Vide Assem.Bibl.Or.Tom. II. pag. 182.) at Maronitarum sacerdotes azymumpanem consecrant, sicuti et Armeni juxta antiquam omnium Syrorum consuetudinem; (hoc affirmat Dionisius Jacobitarum Patriarcha sæc. VIII.qui, ut rem certam refert, ex Joanne episcopo Asiæ,sæc. VI. quod „*corpus Christi,apud ipsos,azymo manducabatur*,, vide Bibl. Or. Tom. I. pag. 409.), et ipsorum Jacobitarum,ante Damasceni tempora (hoc ex ipso J. Damasceno affirmat Fabricius,in Bibliographia cap.11 No.26. pag. 402.) Item Jacobitæ prætendunt hostiarum numerum,quando duo excederent, imparem, non autem parem esse debere (ex Barsalibæo Assemanus in Bibl. Or.Tom. II. pag. 82.) Pariter, penes Jacobitas,panis consecrandus,debet esse,eadem consecrationis die confectus (hoc quoque idem Doctor Jacobita affirmat,ibidem). Oleum quoque, et sal,Jacobitæ,pani Eucharistico,miscent. (Idem Barsalibæus, et Barsciuscian eorum Patriarcha, et alter eorum Patriarcha Joannes XI. vide Assemanum eodem Tomo. pag. 144. et 153.) Interim,nil horum omnium apud Maronitas in usu fuit. Item Jacobitæ,feria quarta et sexta, post occasum solis, carnes comedunt,idque contra usum omnium Orientalium (hoc certum est, ex eorum Doctore Barhe-

خلافا لعادة سائر الشرقيين (حققه ملفانهم ابن العبري وروى السمعاني كلامه في مج ٢ من المكتبة الشرقية وجه ٢٨٥) هذا عدا تعييد اليعاقبة لبعض مشاهير بدعتهم واستخدامهم بعض نوافير لعلمايهم ولا شي من ذلك ايضا عند الموارنة. والمشابهة بغيرما مراي جناح او شين منها للموارنة على ما رايت

وفي الثاني اقول ان الخصم لم يبين ما هي القوانين المعروفة بالرومية ليوهم كونها قوانين دينية او تهذيبية اعرض عنها الموارنة فاستدل على كونهم اراطقة او بغضا للقديس يوحنا الدمشقي. والحال ان ما تلك الا قوانين الحان كنايسية اوجدها او هذبها الدمشقي وادخلها اليعاقبة كتب فروضهم واندرجت حينا ما في فروضنا ايضا وما برح لها اثار فيها. اترى قوانين الالحان التي وضعها الدمشقي اصول الايمان فان صح ذلك فليسم خصمنا اليعاقبة كاثوليكيين لادخالهم اياها كتب طقوسهم. فليفتنا المنصف ماجورا اي برهان من كلام خصمنا هذا بل هو برهان على شديد رغبته في الطعن بنا. فقد حاجنا في جزء كلامه الاول هنا بمشابهة كتب طقوسنا الكتب طقوس اليعاقبة متعمدا ان

---

bræo, cujus verba citat Assemanus, Bibl. Or. Tom. II. pag. 285. His adde aliquas festivitates, quæ penes Jacobitas sunt, in honorem nonnullorum sectæ choripheorum, et usum nonnullarum lithurgiarum, quas nonnulli eorum doctores composuere: quorum quoque nil apud Maronitas existit. Interim scire vellem, quodnam crimen est, et quidnam inconvenientis deduci possit, contra Maronitas, ex affinitate in aliis rebus, quæ cum supra dictis nil commune habent?

Ad secundum autem dico; adversarium non ostendisse quidnam sint canones, qui, græcorum nomine, veniunt, ut suspicionem injiceret, quod sint canones ad fidem, aut mores pertinentes, a Maronitis pretermissi, ut inde concludatur, Maronitas hæreticos fuisse, aut odisse Joannem Damascenum, dum hi canones, nil aliud sunt, quam nonnullæ cantus ecclesiastici regulæ, quas Damascenus aut composuit, aut castigavit, quasque Jacobitæ introduxere in libros suos ecclesiasticos, atque etiam in libros nostros, per aliquod tempus, introductæ fuerunt, et adhuc aliquod eorum vestigium remanet. At quæso, num cantus regulæ, quas posuit Damascenus, fidei principia sunt? quod si hoc, catholicos, adversarius faveat appellare, Jacobitas propter introductionem harum regularum, interim nos quæsumus cordatos viros, ut velint indicare nobis quodnam argumentum sit eruendum, ex his adversarii nostri verbis, nisi illud, quo vehemens, nos denigrandi, ipsius adversarii cupido probetur? Et reapse in primo articulo sermonis sui, quem hic retulimus,

بوهم كون ذلك عارا ودليلا على الارطقة وهاجنا في جزء كلامه هذا بحا لفتنا لليعاقبة بما ذكرنا متعمدا ان يوهم كون ذلك ايضا عارا ودليلا على الارطقة فاي الضدين يريد ان يحجنا به . وهل يصلح برهانا لبغضنا القديس يوحنا الدمشقي عدم محافظتنا على قوانين الالحان اخذت عنه . ونحن نعيد لذكره في اليوم الرابع من كانون الاول كما يظهر من كتب طقوسنا الحديثة والقديمة . وما ترجم من تاليفه الدينية والعلمية الى العربية نتداوله ايدينا . فان توهم بغضنا له لما اوهم ان الدمشقي رواه عنا فاليعاقبة اولى بالبغض له لانه اغرب في المناصبة لهم في تاليفه وبينها كتاب مخصوص ردا الضلال المونوفيزيتين ومقالة في تاليف الطبيعة دفعا له ايضا

ان اقدام خصمنا على الحكم القطعي بكون يعقوب الرهاوي اراتيكيا يعقوبيا هو دعوى لم ينورها بدليل . وقد برهن العلامة (كما يدعوه الخصم ايضا) السمعاني صحة ايمان هذا الاسقف في المكتبة الشرقية مج ١ من وجه ٤٧٠ الى وجه ٤٧٤ ببينات عديدة رادا زعم ريناودوسيوس . ثم القى ثلثة مشاكل تخالف صحة

objecit nobis similitudinem librorum nostrorum ecclesiasticorum cum libris ecclesiaticis Jacobitarum, intendens suspicionem injicere, quod hoc esset aliquid de quo nos deberet pudere, et indicium hæresis, et in hoc secundo articulo objicit nobis discrepantiam inter hos libros intendens, hic queque, suspicionem eamdem injicere. At quæso, quonam ex oppositis argumentis nos convincere prætendit? Anne ex eo quod non retinuimus regulas cantus, a Damasceno inventas, deduci posset argumentum odii nostri contra hunc sanctum virum, dum nos festum diem memoriæ ejus celebramus, 4. Decembris, uti videre est in libris nostris ecclesiasticis, tam recentioribus, quam vetustioribus, et dum Arabicæ operum ejus scientificarum, et religiosarum versiones præ manibus habemus? Si vero deducit odium nostrum contra Damascenum, ex eo quod ipse prætendit Damascenum de nobis dixisse, tunc Jacobitæ potiore jure hoc facere debuissent, quia vehementer Damascenus eos oppugnat, in operibus ab eo exaratis, inter quæ opus speciale existit contra Monophysitas, et tractatus de compositione naturæ contra eorumdem errorem.

Peremptorium autem judicium, quod adversarius fert de Jacobo Edesseno, quod hæreticus Jacobita fuisset, gratuita, omnio, est assertio, dum doctissimus Assemanus (uti ipse adversarius eum prædicat) hujus Jacobi Edesseni Orthodoxiam multiplicibus argumentis Bibl. Or. Tom. I. a pag. 470. ad pag. 474. evincit, Renaudautii assertionem contrariam contundens, deinde, tribus a se, de ejus orthodoxia,

ايمانه واردفها بحلها وجل ما قال في المجلد الثاني وجه ٣٣٧ ان ما رواه ابن العبري عن هذا الاسقف يظهر منه عدم صحة ايمانه ان صحت رواية ابن العبري ولم يبت البتة الحكم بكونه اراتيكيا وخصمنا جعل قول نفسه حكما بلا دليل في هذا المشكل الكبير

واما في ادخال ميامر هذا الاسقف في كتب طقسنا فاظن الخصم خلط على عادته يعقوب الرهاوي المذكور بيعقوب السروجي الذي برهن السمعاني صحة ايمانه سديد البرهان في المكتبة الشرقية مج ١ وجه ٢٩٠ وما يليه وروى عند عده ميامره وقد بلغها الى ٢٣١ ميمرا ان اكثر الباعوثات (اي الطلبات) في الصلوة الاولى من صلوات الليل في فرضنا هي من ميمر هذا الاسقف الحادي والعشرين في القديسة مريم والدة الله (وجه ٣١٠) وان باعوث صلوة الستار يوم السبت المفتتح «اتوق اللهم الى نوال مغفرتك» انما هو فاتحة ميمره المائة والواحد والستين في الخاطئة (وجه ٣٢٤) وان باعوث صلوة الساعة الثالثة من فرض يوم الاربعا وبدوه «اسألك ربي ان لا تقصيني عن شركتك» انما هو من ميمره المائة والاربعة والستين في صلب المسيح (وجه ٣٢٥) واما يعقوب الرهاوي فلم يعد

propositis dubiis, solutionem subjungit; et ad summum aliquale dubitandi locum tandem Bibl. Or. Tom. 2. pag.337. tantum relinquit dicens: *quæ a Barhebræo recitavi, si quidem vera sunt, contrarium suadere videntur*, non autem sententiam fert de ejus hæresi, uti fecit adversarius, qui nullo argumento allato, se judicem constituens, sententiam tulit in hac re tam controversa.

At quod pertinet ad hujus Jacobi, in lithurgicis nostris libris hymnorum admissionem, puto adversarium, more suo, perperam confudisse Jacobum Edessenum supradictum, cum Jacobo Sarugense, cujus ortodoxiam, Assemanus, invictis dedemonstravit argumentis, in Bibl. Or. Tom. I. pag. 290. et seqq. et dum numerat ejus hymnos, seu sermones (quos ad 231. perducit) refert, quod omnes fere hymni, qui sub metro Jacobitico ad primum nocturnum, in officio nostro feriali leguntur, desumpti sunt ex sermone ejus 21. de Sancta virgine Dei genitrice Maria, (pag. 310.) et quod hymnus, qui legitur in nostro officio feriali, sabbato ad completorium, et qui incipit ,,*tuam mihi, domine, indulgentiam emitti percupio*,, desumptum est ex hujus sancti sermonis 161. initio, de peccatrice, (pag. 324.) et quod hymnus qui legitur in nostro officio feriali ad tertiam feriæ quartæ, qui incipit ,,*Rogo, Domine, noli me a te separare*,, desumptus est ex hujus sancti sermone 164. de crucifixione

السمعاني من الميامر بين تاليفه الا ميمرا في عيد الشعانين نعم روي ان له رتبة تعميد (في مج ١ وجه ٤٧٧) وانها وجدت في كتب طقوس السريان والموارنة واليعاقبة وان الملكية استعملوها قديما . وان هوتينجاروس قال في المكتبة الشرقية راس ٣ وجه ٢٩٢ انه راى في احدى المكاتب « تاليف ماري يعقوب الرهاوي في التعميد » وانه بيان انه يطابق رتبة تعميدنا . وروى السمعاني في وجه ٣٠١ من المجلد المذكور ان ليعقوب السروجي ايضا رتبة التعميد المقدس « وان الموارنة يستخدمون في التعميد رتب باسيليوس الكبير ويعقوب السروجي ويعقوب الرهاوي هذا عدا رتبة مار يعقوب الرسول » ولكن اذا لم تنفرد رتبة يعقوب الرهاوي فقط بل صدقنا مقال الخصم برمته وجاريناه في حكمه المعتل على ان يعقوب الرهاوي اراتيكي وان بعض ميامره دخلت فروضنا فما الناجم له من ذلك علينا اذا كانت كتب فروضنا مثبتة من الكرسي الرسولي ومطبوعة بامره بعد ان اجرى عليها دقيق الفحص مشاهير من العلما منهم الكردينال بلرمينوس اللاهوتي الشهير . وهل تعاب الكنيسة اللاتينية بادخالها كتبها الكنايسية اقوال اوريجانوس وترتوليانوس الاراتيكيين لعمرك لا جناح ولا

Domini (pag. 325.) at inter Jacobi Edesseni scripta, non numerat Assemanus hymnos, sed unum tantum memorat cantum, in festo Palmarum. Utique refert Assemanus, Tom. I. pag. 477. hunc Jacobum composuisse ordinem sancti Baptismi, qui extat in libris ritualibus Syrorum tum Maronitarum, cum Jacobitarum, et quod, eodem ordine usi fuissent olim Melchitæ, et quod Hottingerus in sua Bibliotheca Orientali cap. 3. pag. 292. testetur se vidisse, in quadam Bibliotheca, opus Mar-Jacobi Edesseni de Baptismo, et quod cum nostro Baptismi ordine idem esse videretur. Refert pariter Assemanus, eodem Tomo pag. 301. Jacobum etiam Sarugensem, composuisse ordinem Sancti Baptismi, et quod Maronitæ, præter Baptismum Jacobi Apostoli, usurpant etiam Baptismum Basilii Magni, Jacobi Sarugensis, et Jacobi Edesseni. At dato etiam, quod Maronitæ, non solum ordinem Baptismi ab Edesseno compositum, in usum suum converterint, et dato quod verum fuerit quidquid adversarius dicit, de hæresi Jacobi Edesseni, (cujus adhuc sub judice lis est) et de admissione hymnorum ejus in libris nostris lithurgicis, quid inde contra nos, dum hi libri a Sancta Sede Apostolica confirmati sunt, et ejus jussu impressi, postquam eximii viri, inter quos Ven. Cardinalis Bellarminus theologus percelebris, accurato examini subjecerunt ? Et anne Latinæ Ecclesiæ exprobrandum est quod in libris suis ecclesiasticis aliquid, ex Origenis et Tertulliani dictis, admiserit ? Sane nil

معيبة باستخدام اقوال علما لاشبهة ضلال فيها وهذا غني عن البرهان

وفي الثالث اقول ان ما رواه الخصم من قولي الدمشقي ليس لهذا القديس حقيقة واثبت هذا من اوجه اولها ان لكتابي الدمشقي اللذين استشهد بهما نسختين قديمتين في مكتبة بريس الملكية في عد ١٨٢٩ وعد ٣٤٤٢ ففي نسخة رسالة القديس الى يوردانوس يقرا بارونيزومن (اي نهذي كالسكاري) لا مارونيزومن (اي نرى كالموارنة) وفي نسخة كتابه في الراي القويم لا وجود البتة لعبارة ((لاسيما الموارنة)) وقد طبع نص الدمشقي اليوناني في مدينة باسيلايا صحيحا فلا نرى في المحلين اشارة الى الموارنة • ثانيها ان الدمشقي نظم ديوان الاراطقة من سيمون الساحر الى ايامه وتكلم في المجامع المسكونية الستة ولم يشر بلفظة الى كون الموارنة اراطقة • ثالثها ان لفظة مارونيزومن في الفقرة الاولى تخالف سوابق كلام الدمشقي ولواحقه ومقصده • فالدمشقي ذكر قبل ما استشهده الخصم الاراطقة الذين يزيدون الصلب على التقديسات ونسب تلك الزيادة الى بطرس القصار ولم يكن اتى بذكر الموارنة فلا ينعقد في سلك كلامه ان يقول

mali est, neque inconvenientis, aliquorum doctorum admittere verba, quæ nullam erroris speciem præseferant. Quod quidem commentario non indiget.

Ad tertium dico: duas, ex Damasceno, adversarii citationes non esse genuinas. Pluribus hoc probatur argumentis; primo, quod in Regali Parisiensi Bibliotheca, sub. num. 1829; et 3442. duo extant exemplaria duorum Damasceni operum, quæ citat adversarius. Atqui in exemplari epistolæ Damasceni ad Jordanem legitur παροινήσομεν paroinisomen (tamquam ebrii delirabimus) non vero μαρωνισομεν Maronisomen (cum Maronitis sentiemus) et phrasis ,, *præsertim cum Maronitis*,, omnino deest. in exemplari libri de recta sententia. Basileæ quoque impressus fuit textus Græcus Damasceni, et in neutro horum duorum locorum mentionem invenimus Maronitarum. Secundo; Sanctus Joannes Damascenus catalogum hæreticorum omnium, a Simone Mago, ad sui usque temporis hæreticos redegit, et de œcumenicis loquutus est Synodis, et tamen nec allusione Maronitas indicat. Tertio; verbum μαρωνισομεν Maronisomen, in prima citatione, nullam habet relationem nec cum fine subjecto sermoni Damasceni, neque cum ejusdem antecedentibus et subsequentibus. Damascenus enim, ante id quod citat adversarius, loquutus est de hæreticis qui Trisagio crucifixionem addebant, et hanc additionem Petro Gnafeo tribuit, necdum de Maronitis ullum sermonem habuerat. Igitur nulla connexio exurgeret, ex

مارونيزومن بل الحق ان يقول نيافوزين (اي نرى مثل نيافابوس وهو بطرس القصار) او ياكوبيزومن (اي نرى مثل يعقوب او اليعاقبة)

وكذا قل في عبارة ((لاسيما الموارنة)) من الفقرة الثانية فان الدمشقي في كتابه الراي القويم ذكر اولا صورة الايمان بالتثليث والتجسد الرباني ثم كتب ثلثة فصول الاول في الزيادة على التقديسات واعزاها الى بطرس القصار وقال ولهذا لا اقبل زيادة بطرس القصار وهو يعزي الصلب الى الثالوث او يجعل اقنوما رابعا في الثالوث. الثاني في اوريجانوس قال فيه ارذل هذيان اوريجانوس الذي زعم وجود النفوس قبل اجسادها. الثالث في المجامع الستة وقال فيه اقبل المجامع الستة المقدسة. الى ان يقول سادسها المجمع المقدس المستقيم تعليما الذي عقد في القسطنطينية لمقاومة سرجيوس وقورش وبولس وبطرس وبيروس ومكاريوس واخضع لكل ما سنه وحتم به اوليك الاباء. ولم يات في هذه المحال كلها بذكر الموارنة مع مناسبة الموقع لذكرهم لو كانوا اراطقة. فاية مناسبة او معرض لقوله اخيرا لاسيما الموارنة

رابعها ان السريان والروم والعرب غير الساكنين بين الموارنة لم يكونوا

---

dicto μαρωνισομεν Maronisomen, sed debuisset dicere γναφοίσωμεν Gnaphisomen (seu cum Gnafeo, qui est Petrus Fullo, sentiemus) aut Ίακοβοίσωμεν Jacobisomen (seu cum Jacobo aut Jacobitis sentiemus)

Idem dic de phrasi „*præsertim cum Maronitis*„ ex secunda citatione. Etenim Damascenus, in libro de recta sententia, professionem meminit fidei de Trinitate, et incarnatione Domini, dein tria capitula scribit; primum de additione ad trisagium, quam Petro Fulloni tribuit dicens: et ideo additionem Petri Fullonis non admitto, cum crucifixionem Trinitati tribuit, aut quartam personam in Trinitatem inducit. Secundum de Origene, in quo dicit se rejicere Origenis commenta, quibus asserit existentiam animarum ante corpora. Tertium, de sex Synodis, in quo dicit, se admittere sex sanctas Synodos...... quarum sexta orthodoxa Constantinopoli coacta fuit, contra Sergium, Cyrum, Paulum, Petrum, Pirrhum, et Macarium, et se submittere omnibus iis, quæ ab illis Patribus definita fuerunt. Atqui in omnibus his locis, etsi opportunissimis, si Maronitæ hæretici fuissent, nullam tamen Maronitarum facit mentionem. Qua ergo convenientia, supponendus est dixisse „ *præsertim cum Maronitis*„ ?

Quarto: Syri, Græci, et Arabes, qui inter Maronitas non habitabant, eos, tunc

حينئذ يسمونهم موارنة بل مردة كما اثبت العلامة السمعاني في مجلد ٥ من
مكتبة الناموس وجه ٤٩٥ وما يليه مبرهنا ان اصل كلام الدمشقي ((لاسيما
المونوتيليتيين او المانويين)) فترجمته يد حديثة بغيضة او جاهلة لاسيما المارونيين
فان الدمشقي كان ينهى شديدا عن شركة المانويين والف ضدهم خطابا من
جملة ما قال فيه ((هل نتعاطى مع المانويين هل نقبلهم بشركتنا لعمركم ايها
الاخوة ان الشركة معهم محرمة علينا فلنمت ولا نقبل المانويين بشركتنا فلنمت
لنحيى فمن قبلهم بشركته كان مانويا فالاحسن لمن كان مثل هولاء ان يصير
يهوديا ويموت يهوديا من ان يشترك مع المانويين)) روى ذلك لاكويان في
حواشيه على كتاب الدمشقي في الراى القويم الذي طبعه في باريس سنة ١٧١٢
وجه ٣٠٩ وقال ((لا شك بان هذا كتب لما ظهر مانويون بولسيون متجددون
في سورية وبلغ من اقتدارهم عند امرا الاسلام ان يلزموا المومنين النصارى
بالاشتراك معهم)) وقد انخدع لاكويان هذا برواية قول الدمشقي الغير الصحيحة
عند طبعه الكتاب المذكور الا انه اكتشف بعد الاستقصا على غروره فعدل
عن رايه الى الصواب وقرر في مجلد ٣ من مولفه المشرق المسيحي ان الموارنة

temporis, Mardaitas, non Maronitas appellabant, uti probat doctissimus Assemanus, in Bibl. Jur. Tom. 5. pag. 495. ubi adstruit, genuina verba Damasceni, deb re esse presertim cum Monothelitis, aut Manichæis, et in Maronitarum nomen perperam traducta fuisse a Græculo amanuensi. Damascenus enim, acerrime interdicebat communionem cum Manichæis, contra quos Dialogum scripsit, in quo, inter alia, dixit « *cum Manichæis versabimur? ad communionem eos admittemus? Fratres, communio,* « *cum eis, nobis interdicitur. Moriamur, et ad communionem Manichæos non susci-* « *piamus. Moriamur ut vivamus. Qui illos ad communionem excipit, Manichæus est,* « *similis illorum. Satius est Judæizare, et Judæum mori, quam communicare cum* « *Manichæis* » Retulit hoc Lequienus, in admonitione in libellum Damasceni „*de recta sententia*„ quem ipse Lutetiæ Parisiorum an. 1712. typis mandavit. pag. 309 subjungens « *hæc procul dubio scripta sunt quando Manichæi Pauliciani, qui re-* « *cens in Syria emerserant tantummodo apud Mahomedanos Principes valuerunt,* « *ut fideles Christianos secum communicare cogerent* » Lequienus quando typis opus Damasceni mandavit, apocriphis illius verbis deceptus fuit, sed postea, examine instituto, errorem suum recognovit, et sententiam mutavit tom. III. Or. Chr.

مبرئون من كل ارطقة . والحاصل ان رواية الخصم قولي الدمشقي ليست صحيحة وفي القولين تحريف او زيادة . وامثال هذا التحريف لا تكاد تحصى منها ما وقع في ترجمة اعمال المجمع النيقاوي الثاني حتى ابى اساقفة افرنسة في مجمع فراكنفورت الا المخالفة لاعمال هذا المجمع الى ان ظهر ان ابا نيقية لم يوجبوا للايقونات العبادة المعروفة باللاتريا

اما الزيادة على التقديسات المسماة باليونانية التريصاجيون فلا نجحد استعمالها حينا ما في كتبنا الكنايسية ولا يقدر خصمنا ان يجحد انها كثيرا ما استعملت بمعنى كاثوليكي موجهة الى الابن وحده واغضى عليها الاحبار الرومانيون ولم يوجبوا ارطقة على من استعملوها وقد دخلت عند الموارنة من غير تعمد واستعملوها بمعنى كاثوليكي . وهاك اثبات ذلك كله . قد حقق القديس افرام البطريرك الانطاكي استعمال الكاثوليكيين في بطريركية انطاكية هذه الزيادة بمعنى كاثوليكي بقوله في احتجاجه عن البابا لاون والمجمع الرابع « اعزى اهل المشرق هذه التسبحة الي المسيح ولا حرج عليهم بهذا المعنى اذا زادوا عليها يامن صلبت من اجلنا . واما اهل القسطنطينية وسكان المغرب الى الثالوث

adstruendo Maronitas ab omni hæresi exemptos fuisse. Et, ut paucis rem complectar, dico, citationem adversarii verborum Damasceni veram non esse, et in utraque citatione, aut interpolationem existere, aut additionem: exempla autem hujuscemodi corruptionum vix numerari possunt, inter quæ id quod accidit in versione actorum Concilii Nicæni secundi, ita ut Galliarum Episcopi in Concilio Francofurtensi, admissionem illorum renuerint, donec demonstratum fuit Patres Nicænos, non tribuisse iconibus cultum latriæ.

Additionem autem ad trisagium, in nostris libris ecclesiasticis, aliquando extitisse non inficiamur, at neque adversario nostro datur negare, eam, sæpissime etiam, penes alios sensu catholico, ad solum filium directam invaluisse, Romanosque Pontifices de ea conticuisse, nec de hæresi condemnasse eos, qui ea, hoc modo, usi sunt. Penes Maronitas autem, fortuitu introducta est, et ipsi, eam, sensu catholico, usurpaverunt. Hæc quæ asseruimus, sequentibus argumentis probamus. S. Ephræm Antiochiæ Patriarcha, in apologia S. Leonis et Concilii quarti, adstruit, hanc additionem, in Patriarchatu Antiocheno, sensu Catholico, in usu fuisse apud Catholicos, sic loquens « *Orientales* (deficiente textu, ex arabico hæc transferimus) *ad Christum* « *hanc laudem referunt, et nil mali est si hoc sensu illi addant, qui crucifixus es*

المستوي جوهرا وبهذا المعنى يانفون زيادة يامن صلبت من اجلنا.....وعليه فكلا الفريقين مستقيم الراي)) رواه فوسيوس في كوديكوس ٢٢٨ من مكتبته. وكذا قال اولوجيوس الاسكندري كما روى السمعاني في مج ١ من المكتبة الشرقية وجه ٥٢. والقديس اسحق الكبير في ميمره في تالم الكلمة المتجسد والقديس يعقوب السروجي في ميمره بهذا المعنى ارجع الى المكتبة الشرقية مج ١ وجه ٢٢٣ ولنا ان نستشهد هنا بما كتبه القديس يوحنا مارون في كتابه شرح الليتورجية راس ١٩ مفترضين تحقيقنا الاتي نسبة هذا الكتاب له وهوذا ما كتب ((اننا نبين اجابة لسوالكم ايها الابنا الاحبا هل ينبغي ان ترتل (التقديسات) مع تلك الزيادة (يامن صلبت من اجلنا) واي متى فاعلموا ان هذه التسبحة تنصب تارة الى الثالوث الاقدس كله واخري الي احد الاقانيم فقط فاذا اعزيت الى الثالوث المسجود له لا ينبغي البتة ان يزاد عليها الصلب فما هذا الا اثم بطرس الانطاكي الملقب القصار الذي زعم ان الثالوث بجملته صلب وادخل الالم على طبع اسمى من كل الم وهذا اثم يرجح على كل اثم ولذا حرم عدلا وانحط من كرسيه وكون هذه التسبحة توجه تارة الى الثالوث كله وتارة الى كل

« *pro nobis: Constantinopolitani autem, et Occidentales ad Trinitatem consubstan-*
« *tialem eam referunt, et hoc sensu renuunt additionem, qui crucifixus es pro nobis....*
« *ideoque ambo orthodoxi sunt»* (hæc refert Photius, in codice 228. Bibliothecæ suæ) Idem dicit Eulogius Alexandrinus, uti refert Assemanus (Bibl. Or. T. I. pag. 5[illegible].) et S. Isaac Magnus, in sermone de Passione Verbi incarnati, et S. Jacobus Sarugensis, in Sermone suo de eodem (consule Assemanum Bibl. Or. Tom. I. pag. 223.) Juvat quoque huc citare, quæ S. Joannes Maro scripsit, in opere cui titulus Expositio Lithurgiæ, cap. 19. cujus operis eidem sancto vindicationem futuram supponimus, et en ejus verba « *In hoc loco juxta vestram justam petitionem, filii carissimi, declarandum duximus an, et quando hymnus, cum dicta additione, cani debeat. Sciendum est itaque, hunc hymnum, aliquando de tota S. Trinitate, aliquando vero, de singulis seorsim consideratis personis, prædicari Quando igitur de tota Trinitate ab omnibus adoranda prædicatur, nullo prorsus pacto, fas est illi crucifixionem addere. Hæc enim fuit hæresis Petri Antiocheni, cognomento Fullonis, qui crucifigendo crucifigebat totam Trinitatem Sanctissimam, passionemque inducebat in naturam omnibus passionibus superiorem, quæ est impietas universas impietates excedens. Et hac de causa, jure ac merito, anathematis vinculo colligatus, ac diris devotus, sede sua fuit dejectus. Quod autem hymnus hic aliquando dicatur de tota trinitate, aliquando vero de unaquaque persona ado-*

من الاقانيم المسجود لها فذلك بين من نوافير الرسل القديسين وابائنا الاطهار الذين ذكرناهم انفا ٠٠ وتوجيهها الى الابن يظهر من نافور بطرس الثاني اذ قال فيه في تسبحة الملايكة يسجد لعظمتك يارب الوف الوف العلويين وتمجدك ربوات ربوات عساكر خدمة النار والروح فاهلنا بنعمتك ومراحمك ان نقول معهم ثلث مرات قدوس قدوس قدوس فاذا متى وجهت هذه التسبحة الى الابن لا مانع من ان تزيد عليها الالم والصلب والموت والدفن وباقي اسرار تدبير خلاصنا اذ من المحقق ان الابن تالم وصلب ومات من اجلنا » بل اقر الدمشقي نفسه ان هذه الزيادة لا تخالف استعمال الكنيسة ان استعملت بغير معناها عند بطرس القصار. كما روى الكردينال بورجيا في حاشيته على مولفه الصليب الواتيكاني عد ١٣ وجه ٥٧ عن يعقوب سيرموندوس في مجلد ٢ وجه ١٩ بقوله « اقول اذا كان الامر كذلك فلا يظهر لزوم ريبة بزيادة القصار ان نبذ رايه السئ . ولا شائبة بتوجيه الخطاب الى الابن والتوسل اليه بقولنا له بعد تسبيح الثالوث يا من صلبت من اجلنا ارحمنا ٠٠ وقد اقر الدمشقي ان

« randa seorsim, ex supra recensitis Apostolorum ac Patrum nostrorum lithurgiis « perspicuum fit....cœterum de filio itidem dici ex altera Petri lithurgia demonstra- « tur, in illa enim ait in angelica doxologia ,,magnitudinem tuam, Domine, millia « millium supernorum adorant, ac in myriadum myriades exercituum ministro- « rum ignis et Spiritus cum timore glorificant.... nos etiam, Domine, per gratiam « tuam,et misericordiam digni efficiamur una cum ipsis ter dicere ,,Sanctus Sanctus « Sanctus,,.... Quotiescumque itaque, hymnus iste ad filium refertur, nihil profecto « prohibet, quin illi passionem, crucifixionem, mortem, sepulturam, ac reliqua « Salvatoris nostri dispensationis mysteria superaddamus. Vere enim filius pro no- « bis passus, crucifixus, ac mortuus est »

Hæc Joannes Maro, sed et Joannes ipse Damascenus fatetur, hanc additionem non abhorrere a sensu Catholico quando adhibetur sensu differenti ab eo, quo Petrus Fullo usus est, uti refert Cardinalis Borgia, in appendice sua ad opus, de cruce Vaticana,No 13.pag. 57.citans Jacobum Sirimondium vol. 2.pag. 91.ubi dicit. *« quamquam hæc, inquam, ita se habeant, inficiandum tamen non videtur, in Gna- « phæi additione, si pravum ejus cousilium demas, incommodi nihil futurum, ita, « nimirum, ut post Trinitatis laudationem, converso ad filium sermone.his illi ver- « bis supplicetur ,,qui crucifixus es pro nobis miserere nobis,,.... et ab Ecclesiæ usu*

هذا لا يخالف استعمال الكنيسة اذ جرت العادة اننا بعد تمجيد الثالوث
بالقول المجد للاب والابن والروح القدس كثيرا ما نزيد لمن صلب بارادته
وقام من بين الاموات وهذا يختص بالابن » وباجيوس في تاريخ سنة ٥١٢
عد ١٢ ايد ببرهانات عديدة انه لم يكن راي جميع الارثودكسيين في هذه
الزيادة واحدا فمنهم من نكف عنها كانها تويد ارطقة مولي اللاهوت ومنهم
من رضيها كانه يراد بها الابن المتجسد وحده لا الله المثلث الاقانيم كما روى
السمعاني في المجلد الاول من المكتبة الشرقية وجه ٤٦٧ حتى ان الكنيسة
اللاتينية نفسها تشير فعلا الى استخدامها هذه الزيادة بالمعنى الكاثوليكي صرح
ذلك بطرس لبرون في مجلد ٣ من شرح الليتورجيات مقالة ١٠ فصل ١٣
قائلا « وكيف كان الامر نرى الكنيسة اللاتينية لم تانف توجيه التقديسات الى
المسيح كما رتلت اولا دون زيادة يا من صلبت وهي تظهر حفظها هذه الزيادة
فانها عند سجودها للصليب يوم الجمعة المقدسة برنم حال الجثو للصليب . . .
باليونانية واللاتينية قدوس الله قدوس القوي قدوس الذي لا يموت ارحمنا .
فقول هذا الكلام حال الجثو امام الصليب يدل على توجيهه الى المسيح وعلى
انه يراد نية لا لفظا على ذلك يا من صلبت من اجلنا ارحمنا » وكذا قال

« *non abhorrere agnovit Damascenus cum post Trinitatis doxologiam, quæ his ver-*
« *bis continetur ,,gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto,, subjungi sæpe soleat*
« *,,ei qui voluntate crucifixus est, et qui resurrexit a mortuis,, quæ ad filium pro-*
« *prie spectant* » Et Pagius ad annum 512. a No. 12. pluribus demonstrat, circa hujusmodi clausulæ additionem, non unam fuisse orthodoxorum omnium sententiam, aliis, nimirum, eam utpote Theopaschitarum hæresi faventem rejicientibus, aliis vero tamquam de solo filio incarnato, non de Deo Trino intellectam approbantibus. Uti refert Assemanus Bib. Or. Tom. I. pag. 467. ita ut ecclesia ipsa Latina, numquam renuerit usum hujusmodi additionis, sensu Catholico, uti videre est apud Lebrun, qui in opere, de Lithurgiis, Tom 3. Dissert. 10. art. 13. dicit « *Quidquid*
« *sit, Ecclesia Latina numquam difficultatem fecit, Trisagion ad Christum dirigen-*
« *do, uti initio cantatum fuit sine additione ,,qui crucifixus es,, sed ad indicandum*
« *se, ipsam additionem admittere, illam dici facit in sexta Parasceve, dum tempore*
« *quo crux adoratur.... cani jubet, genibus coram cruce flexis. græce, et latine,*
sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis miserere nobis. Et hæc verba dicta,
« *genibus sic flexis coram Jesu Christi crucifixi immagine, sufficienter demonstrant*

الكردينال بورجيا في ختم كلامه المار ذكره : فهل بقي اشكال او ريبة بان هذه الزيادة تستعمل بمعنى كاثوليكي معزاة الى الابن وحده وان استعمالها كذلك لا يوجب ارطقة

اما استعمال الموارنة اياها بهذا المعنى الكاثوليكي ودخولها في كتبهم بغير تعمد ضلال فاثباتها سهل ورغبة في الايجاز نكتفي بشهادة الكردينال بورجيا في كتابه الصليب الواتيكاني وجه ١٢٩ حيث قال ((ان زيادة يا من صلبت من اجلنا وان انفت منها الكنيسة الرومانية الا انها اغضت عليها عند الموارنة اذ لم يكن عندهم قط ضلال مولي اللاهوت)) ثم شهادة مجمع الموارنة سنة ١٥٩٦ وقد اثبته الكرسي الرسولي ((ان للتقديسات في كتبهم (اى كتب الموارنة) استعمالين فاذا وجهت الى الثالوث كله لم يزد عليها شي واذا وجهت الى الاقنوم الثاني زيد عليها ذكر الولادة والصلب والموت لتقمصه جسدا بشريا)) وقد غالى البطريرك اسطفانوس الدويهي الاهدني بذكر الشواهد من كتب طقوسنا على اعزاء تلك الزيادة الى اقنوم الابن وحده . فارجع الى مولفه في اصل

« *ipsa ei directa esse , et quod, corde magis, quam voce viva, additur qui crucifixus* « *es pro nobis miserere nobis* » Sic etiam dixit Cardinalis Borgia, in fine loci superius citati. Anne difficultas, aut dubitatio, adhuc superest, de hujus additionis usu, sensu catholico, solo filio directæ ? Et quod ejus usus hoc sensu hæresim non implicet ?

Quod autem Maronitæ hac additione usi sint, sensu catholico, et quod in eorum libris hæc additio introducta fuerit præter omnem hæresis intentionem, facile evincitur. nos autem, brevitatis studio, satis ducimus afferre, ad hoc probandum, testimonium Cardinalis Borgiæ in præf. in appendicem ad opus, de Cruce Vaticana, pag. 129. ubi dicit «*Trisagium cum additamento, qui crucifixus es pro nobis, quod* « *haud approbatum constat ab Ecclesia Romana, toleratur tamen, cum apud Ma-* « *ronitas numquam theopaschitarum error invaluerit* » Et testimonium Synodi Maronitarum an 1596. coactæ, quam Sedes Apostolica confirmavit « *Trisagium* « *duobus modis in eorum libris* (scilicet Maronitarum) *usurpari; cum ad Trinitatem* « *totam refertur, nihil addi: cum ad secundam personam, propter assumptam* « *carnem, nativitatem, crucifixionem, et mortem interponi* (vide Synodum Liba- « nensem Maronitarum in appendice)». Innumera etiam testimonia, ex libris nostris ecclesiasticis, affert Stephanus Aldoensis Maronitarum Patriarcha, quibus probat, hanc additionem, soli filii personæ attributam fuisse. Vide hunc auctorem in opere de

الموارنة ورد ما اتهموا به ك ٣ احتجاج ٢ تهمة ٩ والى ملحق الدر المنظوم للعلامة بطريركنا وجه ٣٠٤ وما يليه فتراه اطنب واحكم وكل متعنت ابكم

فاذ حققنا هذا رايت ما ابطل واجهل قول الخوري يوسف داود حتى لو سلمنا بما زعمه السمعاني في رواية كلام الدمشقي بقي ثابتا ان الدمشقي نزل الموارنة منزلة غير ارثودكسيين اذ لا شك بالحاقهم زيادة الصلب بالتقديسات فاذا كان لهذه الزيادة معنى كاثوليكي وبهذا المعنى الكاثوليكي استعملها وقتا ما الموارنة كما اثبتنا فكيف لا يبقى برهان السمعاني ثابتا وسديدا وكيف لا تكون دعوى خصمنا ساقطة بل معيبة له بابدايها جهله . هذا وان السمعاني في المحل الذي ذكره الخصم اثبت ايضا ان لهذه الزيادة معنى كاثوليكي فهل كان من حق خصمنا ان يجزى برهانه ويدعي على ما جزاه عدم السداد والثبات ويحكم بان كل من استعمل تلك الزيادة كان غير ارثودكسي اي اراتيكيا خلافا لكل ما اتينا به من الشواهد

وفي الرابع اقول ان البرهان الذي زعمه الخوري يوسف داود ذا حدين حداه كايلان ومردودان عليه فلا الدمشقي قال انه لا يشترك مع الموارنة كما

Origine Maronitarum et de vindiciis eorum lib. III, Vindicia 2. accusat, 9. vide quoque appendicem ad opus Aldorr-ul-Manzum eruditissimi viventis Patriarchæ nostri pag. 304. et seqq. ubi diserte, et sapienter hanc controversiam dirimit.

Hoc probato. jam videt lector, quam inanis et omni fundamento destiuta sit assertio Josephi David, qua vult, quod, etiamsi concederetur id quod Assemanus contendit, quoad verba Damasceni, staret semper firmum, Maronitas, qui appendicem trisagio indubitanter apponebant, tamquam hæterodoxos, a Damasceno, habitos fuisse. At si hæc appendix Catholicum sensum habet, et hoc sensu aliquando ea usi sint Maronitæ, uti jam probavimus, non video quomodo Assemani argumentum infirmari possit, et quomodo adversarii accusatio non decidat, imo puto eum pudere debere de hac futili accusatione, quæ est argumentum ignorantiæ suæ. Adde quod Assemanus, loco ab adversario citato, adstruxit etiam hanc additionem seu appendicem, sensum habere Catholicum. Anne interim licebat adversario nostro, Assemani argumentum dividere, et id quod divisit debilitatis, et infirmitatis accusare, et contra omnia argumenta, quæ adduximus de hæresi condemnare eos omnes, qui illa appendice usi fuissent ?

Ad quartum dico: argumentum Josephi David quod dilemma esse putat, nullum in se esse et contra eum retorqueri. Etenim nec Damascenus dixit se cum Ma-

حققنا في الجزء السابق . ولا السمعاني قال انه لم يبق في الجيل الثامن في البطريركية الانطاكية رجل كاثوليكي الا الموارنة . فقد امعنت النظر في ما كتبه هذا العلامة في المحل الذي عينه الخصم وهو ج ١ من المكتبة الشرقية وجه ٥٠٣ فكل ما وجدته هناك بهذا المعنى انما هو هذه العبارة ((ان ما روي في قصة يوحنا مارون التي اشهرها كوارسميوس من انه مضى الى رومة وجعله الحبر الاعظم بطريركا على انطاكية اعتبره اختراعا ولعل منشاه تشبث يوحنا مع موارنته بشركة الكرسي الرسولي خلافا لباقي السريان)) فهل هذا حكم من السمعاني بانه لم يبق في سورية ولا رجل واحد كاثوليكي غير الموارنة سريانيا كان ذلك الرجل اولا . وحسبك ان كلام السمعاني هذا في الجيل السابع وكلام الخصم في الجيل الثامن الذي كان فيه الدمشقي . وليفدنا خصمنا كيف وجد كثير من الاساقفة الكاثوليكيين منهم القديس يعقوب اسقف سروج بين السريان اليعاقبة ايضا وغيرهم بين غيرهم ولا يمكن ان يكون الدمشقي كاثوليكيا دون ان يكون مارونيا

هذا وكانه خفي على الخوري يوسف داود ان القديس يوحنا الدمشقي

ronitis non communicare, uti in commate præcedenti probavimus, neque Assemanus dixit nullum præter Maronitas, in Patriarchatu Antiocheno, Catholicum virum sæculo octavo superfuisse. Attente enim consideravi ea, quæ, loco ab adversario indicato, eruditissimus Assemanus scripsit (nimirum Bibl Or. T. I. pag. 503.) et quidquid inveni in eo loco, de hoc sensu, sequentibus continetur « *Demum quod* « *in actis Joannis Maronis apud Quaresmium refertur* ,, *eum nimirum Romam* « *profectum fuisse,et a Summo Pontifice Patriarcham Antiochiæ ordinatum elcet*.,, « *commentum puto, inde fortasse ortum, quod Joannes. una cum Maronitis suis,* « *præter reliquos Syros, Apostolicæ Sedis communioni adhæserit* » Anne hoc significat Assemanum sensisse, nullum. præter Maronitas, in Syria ne virum quidem catholicum sæculo VIII. Superfuisse,sive ille vir Syrus fuerit aut alienigena ? Adde Assemanum hoc loco de sæculo VII. loqui, dum adversarius loquitur de VIII, in quo erat Damascenus. Discere, insuper, veliemus ab adversario quomodo multi extiterint etiam Episcopi Catholici, ex gr. S. Jacobus Sarugensis, inter Syros Jacobitas, et alii inter alios, et non potuerit Damascenus Catholicus Damasci existere quin fuerit Maronita.

At videtur Joseph David ignorasse etiam Joannem Damascenum (etsi Damasci

وان ولد وشب في دمشق فقد كان راهبا في دير القديس سابا القريب من اورشليم ويوحنا الخامس البطريرك الاورشليمي هو الذي رقاه درجة الكهنوت كما روى كثيرون منهم نطاليس اسكندر في تاريخ الجيل الثامن راس ٣ جزء ٤ في القديس يوحنا الدمشقي بقوله ((كان راهبا في دير القديس سابا ورقي في ايام يوحنا البطريرك الاورشليمي درجة الكهنوت)) وقد اشار الدمشقي نفسه الى شيء من ذلك بقوله في رسالة الى يوردانوس الارشيمندريت بعرض تبرئته يوحنا هذا البطريرك من امرانهم به ما ترجمته ((لِمَ لم يقل مثل ذلك في هذا الرجل القديس اذ كان حيا متكلما ولمن المعرفة به اكثر مني لعمري ليست لاحد فانه لم يعلم تعليما روحيا الا واطلعه علي كتلميذ له)) وقد نص كثيرون على انه قضى نحبه في دير القديس سابا المذكور وبناء على ذلك يمكن اعتباره من بطريركية اورشليم فيكون ذلك حجة اخرى على خصمنا وان كنا غنيين عنها لتفنيد زعمه بالامر

بعد استشهاد الخصم بيوحنا الدمشقي قال ((ساويروس اسقف

natus fuisset ibique adoluisset) monachum tamen fuisse in Monasterio S. Sabæ, qui prope Hierusalem est, et Joannem quintum Hierosolymitanum Patriarcham, illum ad Sacerdotium evexisse, uti referunt multi, inter quos Natalis Alexander, in historia sæculi VIII. cap. 3. art. 4. de Joanne Damasceno « *Monachus deinde in Laura* « *S. Sabæ, et presbyter Joanne Hierosolymitano Patriarcha inauguratus* » Idem etiam Damascenus ad aliquid hujusmodi alludit, dum occasione apologiæ hujus Joannis Patriarchæ, contra accusationem quamdam, in epistola ad Jordanem Archimandritam, sequentia dicit « *Quid nam est quod, loquente et vivente S. viro, hæc* « *minime de eo dicta sint. Ecquis vero illum melius me novit? Nemo profecto: quip-* « *pe qui nullam spiritualem vitam* (seu doctorinam) *spiravit, quam mihi, uti* « *discipulo, non communicaret* » Multi quoque Asserunt ipsum vita functum esse in eodem monasterio S. Sabæ, et ideo considerari potest ipse Hierosolymitani Patriarchatus fuisse, et hoc novum esset nobis argumentum, contra adversarium nostrum, quo assertionem suam supra relatam retunderemus, etsi hoc amplius non indigeremus.

Postquam adversarius, Joannis Damasceni retulit testimonium dixit « Severi Episcopi Ashmoneorum, ex Syro coptis (sec. X.) » et addit

الاشمونيين من السريان القبط في الجيل العاشر » وزاد حاشية قال فيها « ان هذا المؤلف المونوفيزيتي الف كتابا ندد فيه بعادات مختلفة استطرقتها فرق النصارى في ايامهِ فذكر فرقة الموارنة ايضا كفرقة ممتازة عن اليعاقبة والارمن والملكية وعن اللاتينيين اي الكاثوليكيين ايضا (طالع الكتاب السرياني القديم في المكتبة الواتيكانية عد ١٥٩ وجه ١٤٠) »

هذا كل ما رواه خصمنا ولم يأتنا بعبارة هذا الاسقف بنفسها واللبيب يعلم ان لا حجة علينا من هذا المقال الشايع ولو صدق الخصم بروايته . اذ يمكننا ان نقول اننا ممتازون من اللاتينيين ولا يترتب علينا لذلك اننا اراطقة اذ لسنا خاضعين لاساقفتهم ولهم تهذيبات وطقوس وعوائد عديدة لا تلزمنا ولنا رعاة وعوايد وطقوس لا تلزمهم الخضوع لهم . وخاصة ان المؤلف المذكور يندد ببعض عادات الفرق المسيحية كما صرح الخصم . فكانه اراد تكثير شهوده وان لا شهادة لهم علينا . هذا وقد رأينا السمعاني ذكر ساويروس هذا مرات في المكتبة الشرقية منها في مج ٢ وجه ٧ حيث ندد به لعدم احكامه

notam in qua dicit « hic auctor monophisita, in opere quo refellit « varias consuetudines, quas sectæ Christianæ sui temporis tene- « bant, inter ceteras commemorat Maronitarum sectam, ut distinc- « tam a Jacobitis, ab armenis, a Melchitis, et etiam a Latinis seu « catholicis (v. cod. vatic. Syr. 159. fol.140 recto.)»

Hoc est totum quod adversarius citat, quin referat verba hujus episcopi, cordatus autem vir novit nil ex hac vaga citatione contra nos erui posse, etsi verum esset quod adversarius refert. Quum dicere possemus nos a latinis distinctos esse quin inde sequeretur nos esse hæreticos; etenim eorum episcopis subjecti non sumus, et ipsi habent disciplinam, ritus, et consuetudines innumerabiles, quibus nos non obligamur; et nos pastores, consuetudines, et ritus habemus, quibus illi non tenentur. Præsertim cum, uti adversarius adstruit, hic auctor refellat varias consuetudines, quas sectæ Christianæ tenebant, et forsan adversarius voluit multiplicare testes, etsi nil contra nos testandum haberent. Vidimus quoque Assemanum sæpe memorasse hunc severum, in Bibl. Or. ex. gr. Tom. II. pag. 70. ubi eum cri-

تاريخ بطاركة انطاكية المونوفيزيتيين في مولفه تاريخ بطاركة الاسكندرية ولاتهامه بطرس الملقب الصغير بطريرك انطاكية بضلال يخالف الاعتقاد في الثالوث ثم في وجه ١٤٣ حيث قال انه الف تاريخ بطاركة الاسكندرية واوجزه ريناودوسيوس وفي مج ٣ وجه ٥٤٣ حيث قال انه كان سنة ٩٧٨ على ما يظهر من تاريخ بطاركة الاسكندرية الذي طبعه ريناودوسيوس وذكره ايضا المطران اسطفانوس عواد السمعاني في فهرست الكتب الشرقية في المكتبة المادينية وجه ٤١١ وعد تآليفه ومنها كتابه الذي استشهد به الخصم وكتاب رد لاقوال سعيد ابن البطريق ولم يذكرا انه طعن الموارنة بشي على خلاف عادتهما • على اننا لا نعتبر اهمالهما رد قوله ان وجد برهانا مخصوصا بل ايدا لبرهان لا حاجة لنا فيه كما رايت

اتانا الخصم بعد ساويروس بشاهد اخر اذا علمته انجلت لك سريرة بغضه وتعمده لمجرد القذف للموارنة هو ((سعيد البطريرك الاسكندرى من الملكية في القرن العاشر)) ولم يات في حواشيه بشي من اقواله على خلاف

ticat quatenus inexactum in historia Monophysitarum Antiochiæ Patriarcharum, quam refert in sua Alexandrinorum Patriarcharum historia, et quia Petrum, cognomento minorem, Antiochiæ Patriarcham, de errore, circa fidem in Trinitatem, accusat. Pariter pag. 143. ubi dicit illum scripsisse historiam Patriarcharum Alexandrinorum, quam Renaudautius in compendium redegit, et Tom. III. pag. 543. ubi dicit eum fuisse anno 978, uti colligitur ex historia Patriarcharum Alexandriæ, quam Renaudautius typis mandavit. Illum quoque memoravit Episcopus Stephanus Evodius Assemanus, in Catalogo librorum Orientalium Bibliothecæ Mediceæ pag. 411. et ejus scripta numeravit, inter quæ opus quod adversarius citavit, et opus quo Eutichium Alexandrinum confutat. Neuter autem horum meminit illum de aliquo accusasse Maronitas, quod, juxta morem, non prætermisissent. Sed notandum, nos, ex eo quod hi duo viri omiserint confutare errores hujus Severi, siqui existerent, non desumere argumentum proprie dictum, sed tantum adminiculum probationis cujus non indigemus, uti patet.

Post Severum aggreditur nos adversarius teste, quem, cum primum agnoveris, innotescet tibi, luce meridiana clarius, adversarii odium, et studium, quo flagrat, detrectandi Maronitas, hic autem adversarii testis est Eutichius Alexandrinus «Eutichii Patriarchæ Alexandrini ex Melchitis (sec. X.)» Et, præter consuetudinem, nil refert, in notis suis, ex hujus Eutichii dictis, tantummodo prætexuit

عادته لكنه احتج اخيرا بانه لم يرو شيا من مقالي سعيد هذا وغوليلموس اسقف صور لان شواهدهما اوضح من ان تبين . فالخصم شرع في طليعة كلامه رايات محاربته السمعاني قائلا انه لا يستطيع ان يوافقه على زعمه ان طائفته لم تشن بانفصال عن الكنيسة الكاثوليكية وقد رايت ان السمعاني تصدى في المحل الذي عينه الخصم لتفنيد وهم سعيد وغوليلموس الصوري وتجنيهما على الموارنة كل التفنيد كما فعل اكثر علمائنا حتى لا اقول كلهم . فهل كان من حق الخصم ان يستشهد بهما وهو لم يزك شهادتهما بكلمة فهل يقبل الشاهد اذا ابان المدعى عليه كذبه دون ان يثبت المدعي صدقه وهل تكرر هذه الشهادة الى ما لا نهاية له وان ردت مرات ولم تزك بكلمة . فقاض راى قبول شهادة هذه حالها جائر لا محالة . ولو فعل هذا غير خصمنا سومح حملا على عدم درايته رد تلك الشهادة ولكن كيف يسامح وهو يدعي رد الرد لا غيره ولم يات الا باسم الشاهد دون شهادته ايضا . ومع هذا كله انا كاف نفسي رد شهادة سعيد على خصمنا هنا ثم شهادة غوليلموس في محلها

tandem, se nil retulisse ex hujus Eutichii, aut Gulielmi Tyrii dictis, eo quod eorum testimonia ita clara sunt, ut commentario non indigeant. In initio sermonis sui adversarius arma impetiit contra Assemanum, dicens se non posse cum eo convenire; in assertione sua, quod ejus Natio numquam a communione ecclesiæ separata extiterit, et jam vidit lector Assemanum, ex professo, confutasse hallucinationes et accusationes Eutichii Alexandrini, et Gulielmi Tyrii, uti fecit major pars doctorum nostrorum, ne dicam fecisse omnes: anne juris erat adversarii testimonia horum duorum adducere, quin eorum testimonia, ullo verbo, justificaret? Et anne admitti potest testis postquam accusatus, ejus mendacium ostenderit, quin actor eum de mendacio purgaverit, et eum, potius, veracem esse ostenderit? Et anne hujusmodi testis, in infinitum adducitur, etsi persæpe confutatus fuerit, quin umquam, ne verbo quidem, justificatus fuerit? Sane injustus certe habendus est judex, qui hujusmodi testimonium admitteret. Et si alius quam adversarius noster id fecisset, ei forsan esset ignoscendum, propter possibilem suppositionem, quod ignoraret hoc testimonium jam fuisse confutatum, at quomodo ignoscendum est adversario, qui refutare prætendit confutationem, et nil aliud, et tamen nil adducit, nisi nomen hujusmodi testis, quin vel ejus verba citaret? Hoc tamen non obstant, contra adversarii assertum, testimonium Eutichii hic, et Gulielmi Tyrii, loco suo, confutare aggredior.

ان شهادة سعيد مخالفة الاجماع على امور ما من ناكرلها ولم يعتمد عليها الا
من خدع او شاان يخدع فانه قال «انه كان في عصر موريق ملك الروم
راهب اسمه مارون قال ان لسيدنا يسوع المسيح طبيعتين ومشية واحدة وفعلا
واحدا» الى ان قال « ولما مات مارون بني اهل حماه ديرا في حماه وسموه
دير مارون» ومن اقواله «ان قورش بطاربرك الاسكندرية وسرجيوس
وبيروس اسقفي القسطنطينية ومكدونيوس ومكاريوس اسقفي انطاكية وانوريوس
البابا وهرقل الملك كانوا موارنة» والحال انه اولا قد اجمع المورخون على ان
بدعة المشية الواحدة لم تنشا في زمان موريق الملك الذي ملك سنة ٥٨٢
وتوفي سنة ٦٠٢ ولافي زمان فوقا خليفته الذي مات سنة ٦١٠ بل في ايام هرقل
الملك . ثانيا اجمع كل من ذكروا القديس مارون انه كان في اواخر الجيل
الرابع واوائل الخامس ويويده كون القديس يوحنا فم الذهب كتب اليه رسالة
يساله بها الدعا والصلوة عليه وفم الذهب رقد بالرب سنة ٤٠٧ وكون
تاوادوريطوس كتب سيرة القديس مارون وشهد انه لم يكن حيا في ايامه
وتاوادوريطوس رقي اسقفية قورش سنة ٤٢٢ ثالثا قد برهنا سندا الى اعمال

Testimonium Eutichii Alexandrini, direte opponitur sententiæ communi affirmanti res quas nemo negavit, et illud nemo admisit, nisi qui deceptus fuerit, aut decipere voluerit. Eutichius enim dixit « *Fuit, tempore Mauritii Imperatoris Ro-* « *manorum, Monachus quidam, nomine Maron, qui asseruit Domino nostro Jesu* « *Christo duas esse naturas, et voluntatem unam, et operationem ...mortuoque ipso,* « *Monasterium ibi extruxerunt, et vocarunt Monasterium Maronis* » Dicit etiam Cyrum Patriarcham Alexandrinum, Sergium, et Pyrrhum Constantinopolis Episcopos, Macedonium, et Macarium Antiochiæ Episcopes Honorium Papam, et Heraclium Imperatorem, Maronitas fuisse. Atqui 1. omnes concordant historici, Monothelitarum hæresim non esse exortam Mauritio Imperatore, qui regnare cœpit anno 582, et vita functus est anno 602, neque Phoca, ejus successore, imperante qui mortuus est an. 610. sed Heraclio Imperatore id contigisse 2. Omnes, qui S. Maronis mentionem fecere, conveniunt eum, sub fine quarti, et initio quinti seculi vixisse. Confirmatur id eo quod S. Joannes Chrisostomus, ad eum epistolam scripserit, qua ejus preces peteret, atqui Ghrisostomus in Domino requievit anno 407. et quod Theodoretus scripserit vitam S. Maronis, et testatus sit eum, tempore Suo, inter vivos amplius nom extitisse. Atqui Theodoretus ad Cyri Episcopatum evectus est

المجمع الخامس ان دير القديس مارون كان في زمان عقد هذا المجمع وانه حضر فيه من رهبانه بولس الشماس ويوحنا القس وان رهبانه بعثوا برسالة الى البابا هرمزدا ومن المجمع عليه ان المجمع الخامس عقد سنة ٥٥٣ والبابا هرمزدا قضي نحبه سنة ٥٢٣ (ارجع الي ما ذكرناه في الفصل الثالث في الدليل الثالث) رابعاً انه ليس مجمع ولا مورخ قبل سعيد سمى سرجيوس وبيروس وقورش والباقي حتى البابا انوريوس وهرقل الملك موارنة . فكيف يتفق والحالة هذه ان يكون القديس مارون توفي في مبادي الجيل الخامس وان ينشي بدعة في الجيل السابع . وان المونوتيليتين تباع مارون بنوا له عند موته ديرا ولم يوجد مونوتيليتيون الا نحو اواسط الجيل السابع والدير كان منذ اوائل الجيل الخامس وكيف تصدق تسميته البطاركة المذكورين موارنة والمجمع السادس الذي عقد لمناصبتهم ودفع ضلالهم لم يسمهم هذا الاسم ولا اتى بذكر مارون والموارنة

قد بسط هذا البرهان مسهبا الحبر الاعظم البابا بانادكتوس الرابع عشر في رسالته الى نيقولاوس ليركاري في ٢٨ ايلول سنة ١٧٥٣ قائلا ((انه لمن

anno 422. 3. Actis quintæ Synodi innixi, jam probavimus Monasterium S. Maronis jam extitisse tempore, quo hoc Concilium coactum fuit, et in eo Concilio adfuisse, ex ejus Monachis, Paulum Diaconum, et Joannem presbyterum, et Monachos ejus capitulum seu epistolam ad Hormisdam Pontificem misisse. Et res extra controversiam est, Synodum quintam, anno 553. coactam fuisse, et Hormisdam Pontificem vita functum esse anno 523. (vide ea quæ jam exaravimus art. 3. argumento 3.) 4. Nullum, ante Eutichium, vel Concilium, aut historicum, Sergium, Pyrrhum, Cyrum, et ceteros, inclusis Honorio Pontifice, et Heraclio Imperatore, Maronitas appellasse. Rebus sic se habentibus, quomodo fieri potest, ut Maro vita fungeretur sub initio seculi quinti, et hæresim seculo septimo excogitaret ? Et quod Monothelitæ, asseclæ Maronis, post ejus mortem Monasterium ejus nomine ædificaverint, dum Monothelitæ non extiterunt nisi circa seculi septimi dimidium, et Monasterium jam existebat vel ab initio seculi quinti ? Et quo jure, quaque veritate ipse supradictos Patriarchas Maronitas appellat, dum Synodus Sexta, quæ contra eos, eorumque errores, coacta fuit, nec eos eo nomine appellavit, nec Maronis, aut Maronitarum mentionem fecit ?

Diserte de hoc argumento loquutus est Summus Pontifex Benedictus XIV. in epistola ad Nicolaum Lercari die 23. Septem. an. 1753. data dicens « *Ut tibi com-*

المعلوم ان القديس مارون كان في اواخر الجيل الرابع واوائل الخامس
وثاوادوريطوس وقد كان في اواسط الجيل الخامس كتب قصة سيرته
وشرح فضايله السامية ...... وروى اعماله العجيبة ففي ستة مواضع يمدح
ثاوادوريطوس قداسة القديس مارون .... وبعث اليوفم الذهب برسالة هي
السادسة والثلاثون من رسايله يثني على فضايله ويستشفع بصلواته ....
وكان للقديس مارون دير شهير كما يظهر من رسالة روساء اديرة سورية
الثانية الى هرمزدا الحبر الاعظم)) وبعد ان اطنب وافحم في برهانه قال ((نقول
رغبة في الحق اذا كانت بدعة المشية الواحدة والفعل الواحد في المسيح نشات
في ايام هرقل الملك كما يعلم الجميع فكيف يمكن التوفيق بان هذا الضلال
نفسه نشا في زمان موريق . واية صحة لما قاله سعيد ان الدير شيد بعد وفاة
الراهب مارون الذي يتكلم فيه . ونحن نجد انه شيد وكرس على اسم القديس
مارون الناسك قبل مايتي سنة ... ولهذا لو سلمنا بصحة ما رواه سعيد لم
ينجم عنه الا انه كان مارونان احدهما قديس والاخر اراتيكي))

« pertum est, S Maro vixit sub fine sæculi quarti, et initio quinti. Theodoretus qui
« auctor coevus dici potest, cum circa dimidium sæculi quinti floruerit, vitam illius
« scripsit, in qua heroicæ S. Maronis virtutes, et insigniter gesta enarrantur.... Porro
« sex distinctis locis Theodoretus collaudat Sanctitatem S. Maronis.... legitur quo-
« que in epistola S. Joannis Chrisostomi trigesima sexta scripta ipsi Abbati Maroni
« in qua ipsius virtutes laudibus prosequitur, ejusque orationibus sese commendat....
« accedit quod insigne fuit cœnobium S. Maronis, ut liquet ex epistola Archiman-
« dritarum Syriæ secundæ ad Hormisdam Pontificem edita anno 515. » Et post-
quam hic Pontifex ineluctabilibus argumentis copiose disseruerit subjungit « Atque
« ut verum dicamus, quando error unius in Christo voluntatis, atque operationis
« exordium habuit, ut omnibus notum est, regnante Heraclio, quomodo fieri potuit,
« ut idem error Mauritii tempore viguerit ? Qui dici potest, quod ait Eutichius,
« cœnobium excitatum fuisse post mortuum illum Maronem, de quo ipse sermonem
« habet, cum ducentis antea annis ædificatum jam deprehendatur, atque dicatum
« S. Maroni Abbati ?.... Quod nempe etiamsi veritati consentanea videantur quæ
« narrat Eutichius, aliud inde nequit inferri nisi duos Abbates Marones extitisse
« S. unum, alterum hæreticum »

ان مقال سعيد لا يصدق ايضا على القديس يوحنا مارون بطريركنا الانطاكي اولا لانه رقي البطريركية سنة ٦٨٥ وتوفاه الله سنة ٧٠٧ فلم يكن ولد او بلغ اشده يوم نشأت بدعة المشيئة الواحدة . ثانيا لانه لم يقل احد انه شيد على اسمه دير عند حماه . ثالثا لانه لم يكن في زمان موريق الملك كما روى سعيد . ارجع الى ما مر في الفصل الثالث في الدليل الثالث . وليبينا الخوري يوسف داود كيف يريد ان يفضل شهادة فرد شانها كل هذه المناقضات على شهادات جمهور العلما بل الاحبار الاعظمين ايضا

قد راى المحققون شهادة سعيد هذه مردودة وكلا شهادة ككثير من اقواله وقد اسهب من تصدوا لتفنيدها لاسيا غبطة العلامة بطريركنا (في دره المنظوم) في ذكر الشهادات المزيفة لها . اما انا فللغني بتطويلهم اقتصر على اخبار بعض ما رووا . ان ادواردوس بوكوكيوس من ترجم تاريخ ابن البطريق الى اللاتينية وطبعه السلداني مع كونه اجهد عزيمته بالاعتذار عنه قال في فاتحة ترجمته ((اذا كان حوى خرافات كثيرة في التواريخ القديمة فذلك عام له ولكثيرين)) وقال

Quod Eutichius asserit nec de Joanne Marone Patriarcha nostro Antiocheno verificatur, 1. Quia hic ad Patriarchatum evectus est anno 685. et in domino requievit anno 707. igitur nondum erat natus, aut saltem nondum ad discretionis ætatem pervenerat, quando Monothelitarum hæresis exorta est. 2. Quia nemo unquam dixit ei Monasterium prope Apameam fuisse dicatum. 3. Quia non vivebat tempore Mauritii, uti refert Eutichius. Recole ea quæ dicta sunt Art. 3. argument. 3. Dicat, quæso, nobis Josephus David quomodo tot contradictionibus exceptum, unius hominis testimonium, communi doctorum, imo etiam Romanorum Pontificum testimonio præferre cupit?

Tenent critici hoc Eutichii testimonium tamquam confutatum, et quasi non esset, uti et multa ejus dicta, et qui ex his viris testimonium illud confutare aggressi sunt, præcipue eximius, æque ac eruditissimus, Nationis nostræ nunc temporis Patriarcha, (in opere cui titulus Aldorr-ul-Menzum, quem superius citavimus) diserte, copiose, attulere, argumenta, quæ Eutichii assertionum falsitatem demonstrant. Ego autem copiæ dissertationum eorum innixus, et ea contentus, brevis ero in eligendo aliqua ex eorum dictis. Edoardus igitur Pocokius, qui in latinum sermonem vertit Eutichii historiam, quam Tipis mandavit Seldenus, etsi omnem operam dederit in defendendo Eutichio, tamen in præfatione versionis suæ dixit « *Si in antiqua historia multa habeat fabulosa.... cum pluribus illud ipsi commune* » Et

لوقا هولستين في رسالته الى الكردينال وارنيوس ((ان هذا الكتاب طبعه
السلداني وكثيرا ما خالف ما كتبه مورخو ذلك الجيل في التاريخ الكنايسي
والذي تصفحت فيه وجدت نصه اعجميا مشحونا خرافات . . . . . ولا نفع منه الا
بلبال عقول من كان من دابهم تصديق الخرافات لا الثقة بشهادة المورخين
الصادقين)) وقال الاب ميخايل لاكويان في الفهرست الملحق بالمجلد الثالث
من مصنفه المشرق المسيحي ((ان كثيرا من المولفين المجددين لاعتمادهم خاصة
على سعيد البطريرك الاسكندري في القرن العاشر وغوليلموس الصوري الذي
كتب في القرن الثاني عشر زعموا ان الموارنة سقطوا في البدعتين المونوفيزية
والمونوتيلية . . . . والواضح ان سعيد هذا ليس باهل لشيء من التصديق فان
تاليفه مشحون خرافات شنيعة وقد شوش بذلك كل تاريخ الاجيال الثلثة
التي تقدمته)) وقال غرافيسون في التاريخ الكنايسي مج ٤ وجه ٧٠ من النسخة
المطبوعة في باسانوس سنة ١٧٩٢ ((ان تواريخ سعيد ابن البطريق مشحونة
غوايات وحكايات ليست يسيرة)) وقال المدقق يوحنا مانسي في حاشية علقها
على كلام غرافيسون هذا ((ان اختراعات سعيد في التاريخ الاسكندري لم يبين

Lucas Holstenius in epistola sua ad Cardinalem Varnium sic de Eutichii libro loquitur « *Liber iste* (deficiente textu ex arabico vertimus) *quem Seldenus edidit, in plu-* « *ribus adversatur iis, quæ historici ecclesiastici illius sæculi scripserunt. Ego au-* « *tem illum perlegendo, barbarum esse, et commentis plenum eum inveni, ... et ad* « *nil utile, quam ad perturbandos animos eorum, qui proclives sunt ad fidem* « *prestandam fabulis potius, quam veris historicorum testimoniis* » Pariter Lequiseus in indice ad Tom. 3. Or. Chr. ait « *Maronitas tamen, recentiorum plerique,* « *Eutichii præsertim Patriarchæ Alexandrini seculi X. et Willelmi Tyrii, scripto-* « *ris seculi XII. auctoritati, innixi, reos faciunt monophysismi, et monothelismi ....* « *verum Eutichius ille, nullam fidem evidenter meretur, quippe qui putidissimis* « *passim scateat mendaciis, et quoad hoc totam trium seculorum anteriorum per-* « *vertit historiam* » Et Graveson historiæ ecclesiasticæ tomo quarto editionis Bassani, 1798 pag. 70. dicit Eutichii annales Alexandrinorum « *Non paucis erro-* « *ribus ac fabulis refertos.* » Et eruditissimus Joannes Mansi, in nota ad hæc Gravesonii verba apposita, dicit « *Porro Eutichii commenta, in annalibus Alexandrinis,*

كذبها الانيوس (هو مؤلف رومي اصلا) فقط بل السمعاني الشهير في مكتبتهِ
الشرقية ايضاً مجـ ١ وجه ٤٩٨ ووجه ٥٥٦)) هذا كصفحة من كتاب مهما حرره
العلماء ردا لاقوال ابن البطريق فقد سامت نفسي اعادة ما كتبه غيري واقامة
البرهان على ما حق ان يقال فيه

وليس يصح في الاذهان شيءٌ   اذا احتاج النهار الى دليل

وانّي ان يكون الخوري يوسف داود اخر من يثلبنا بشهادة سعيد ومن
نقل عنه دون ان ينقض ولو بعض الحجج المقامة على تكذيبها والا فالجدال
هذر والثالب هذر

قال الخصم بعد الاستشهاد بسعيد ((وداود الاسقف من الموارنة
انفسهم في الجيل العاشر)) وقال في حاشية علقها هناك اولا ((ان هذا
الاسقف الماروني ترجم من السريانية الى العربية الفصحى سنة ٩٥٩
كتاب قوانين الفه احد الاباء القديسين بموجب رسوم طايفته
ولهذا المؤلف الثمين نسخة في المكتبة الواتيكانية عدد ١٣٣ فالمؤلف
بعد ما حرر شرحه الايمان بالتثليث والتجسد قال في ورقة ٢٣

« *non Allatius* (auctor Græcus) *tantummodo ,.... sed et clarus Assemanus Bibl. Or. Tom.* 1. *pag.* 498. *et* 556. *mendacii convicit* » Hæc autem, quæ hucusque retulimus, si cum iis, quæ auctores in confutationem Eutichii scripserunt, comparentur, vix paginam æquant libri. Etenim pertæsit me, quæ alii scripsere, huc revocare, et id probare, de quo cum arabo poeta, ophimo jure, dici potest « *Nil in hominum* « *mente verum esset si diei existentia probatione indigeret* » Confidimus autem nullum, post Josephum hunc David, Eutichii testimonio, quin saltem aliqua, si non omnia, quæ in ejus confutationem, a doctis viris, adducuntur, infirmaverit, iterum agressurum esse nos, aliter enim garrulæ anus neniæ disputatio esset.

Adversarius, postquam Eutichium citavit dicit « David Episcopi ex ipsis « Maronitis (sec. X.) et in nota ibi apposita ait « 1o hic Antistes Maro- « nita ex Syriaca lingua in Arabicam stilo eleganti an. 959. vertit « nomocanonem, a quodam patre sancto compositum juxta suæ « gentis statuta. Hujus operis exemplar prætiosissimum extat in « insigni Bibliotheca Vaticana sub. No 133. Syr. auctor postquam « fidem in Trinitatem, atque in incarnationem summatim expos-

لا نعتقد فيه انه اثنان ولا مسيحان ولا شخصان ولا مشيئتين ولا فعلين حاشاه من ذلك» ثم عد في ورقة ٢٥ الطوايف المسيحية العديدة فقال « ثم المارونية وهي المنسوبة الى مارون يوحنا بطريرك انطاكية ... وثبتت هذه الفرق الاربع على ان الفرقة الملكية والمارونية الذين ذكرناهما انما هما فرقة واحدة ورايها في الاتحاد والجوهر والاقنومية راي واحد وانما اختلفنا في المشية فقالت الملكية بمشيتين وقالت المارونية بمشية واحدة » ثانياً ان هذا الكتاب دون في لبنان سنة ١٤٠٢ وعلى هوامشه حواشي يظهر منها اسماء موارنة كثيرين اساقفة وكهنة وشمامسة وغيرهم استخدموا تلك النسخة او المولف نفسه وذكر ايضا اسم البطريرك الذي نسخ الكتاب في ايامه يوحنا ما » ثالثا « لا اعلم هل راى السمعاني هذا الكتاب اذ كتب رايه الذي نعقب عليه . اعلم امرا انه لم يشر في مكتبتيه بكلمة الى هذه النسخة او المولف المشتملة عليه

« uisset. hæc fol. 22. profert .. *non credimus, eum* (idest Christum) *esse duos;*
« *neque duos Christos* (confitemur) , *nec duas personas, aut duas voluntates, aut*
« *duas operations* (ei tribuimus). *Absit hoc ab eo...* Deinde (fol. 25 . verso)
« postquam diversas Christianas sectas enumerasset, pergit: .. *tum*
« *Maronitica, quæ originem habet a Marone Joanne Patriarcha Magnæ Antiochiæ....*
« *hæ quatuor sectæ* (hac ratione) *affirmatæ sunt. Porro Melchitarum, et Maroni-*
« *tarum sectæ, de quibus loquuti sumus, sunt una secta, atque unam eandemque*
« *tenent sententiam circa unionem* (verbi), *circa naturas, ac personalitatem Solum*
« *circa voluntates discrepant. cum Melchitæ duas profiteantur voluntates, Maro-*
« *nitæ autem unam voluntatem.*, 2o. hic codex anno Chr. 1402. in Monte
« Libano exaratus, habet ad calcem varias epigraphes, et notas. ex
« quibus constant nomina variorum Maronitarum inter episcopos
« presbyteros, diaconos, et alios, qui vel codice, vel ipso opere usi
« sunt; nec non notatur etiam nomen Patriarchæ Maronitarum cu-
« jusdam Joannis.... sub quo codex exoratus est. 3o. Nescio an As-
« semanus, cum sententiam suam quam perpendimus, scripto tra-
« didit, hunc codicem viderat. Unum scio, illum in duabus suis
« Bibliothecis, ne verbum quidem de isto codice vel opere in ipso
« contento facere. Certo certius est, quod si doctissimus vir hoc

والاوكد انه لو اطلع هذا العلامة على هذا الاثر الواتيكاني حين
صنف مكتبتيه لغير رايه بكليته « رابعا » قبل اختتام مقالي في
كتاب قانون الموارنة هذا انبه من رغب في البحث عن الامور
القديمة اولا الى ان هذا المولف لما تكلم بمقتضى رسوم الطايفة
المارونية على الايمان والرياسة والسياسة الكنايسية لم يذكر
الكنيسة الرومانية ولا الاحبار الرومانيين بل زعم ان لا سلطة
لبطريرك اقليم على بطريرك اقليم اخر . ثانيا قد اجهد نفسه في الراس في
الغسل (ورقة ٥٣) ببراهين عديدة ليثبت بمقتضى عادة طائفته المخالفة
عوايد كل الفرق المسيحية ان غسل الجسد لازم في الدين المسيحي
وان الصلوة لا تجوز دون الغسل اولا . الا يفسر هذا ما ورد في
تواريخ رهبان مار فرنسيس في ك ٣ قسم ٣ عن تحفظات الموارنة
الباطلة تلك الايام . ثالثا انه عند كلامه في سر الافخارستيا قد
صرح (ورقة ٤٥) ان خبز الافخارستيا يلزم كونه خميرا لا فطيرا »

« Vaticanum monumentum vidisset, quo tempore suas Bibliothe-
« cas scripsit, sententiam omnino mutasset. 4o. Antequam hunc
« Maronitarum nomocanonem dimittam, juvat pro rerum antiqua-
« rum curiosis animadvertere primo hunc auctorem, ubi agit jux-
« ta statuta Maroniticæ gentis de fide, de hierarchia, de ecclesias-
« tico regimine, nullam mentionem facere ecclesiæ Romanæ vel
« Romanorum Pontificum !!! Imo eum asserere, nullum Patriar-
« cham in alterius Patriarchæ provincias potestatem posse habere.
« Secundo eum in capite de ablutionibus inscripio (a fol. 53.) serio
« et multis argumentis contra omnes christianas sectas, propriam
« suæ gentis disciplinam demonstrare conatur, in religione scilicet
« christiana corporis ablutiones religiosas necessarias esse, ora-
« tionemque sine prævia ablutione corporali illicitam esse !!! non-
« ne hoc explicat quod in chronicis S. Francisci lib. 3. p. 3. re-
« fertur de superstitiosis Maronitarum illius temporis moribus ?
« Tertio ubi loquitur de Eucharistiæ Sacramento, eum (fol. 45.)
« expresse prescribere, ut panis Eucharisticus non sit ,,azymus sed

انتهى مقاله مترجماً بحروفه

اقول ان الاسقف داود الذي استشهد الخصم كتابه لم يكن في الجيل العاشر ولا ترجم كتاب النواميس سنة ٩٥٩ كما زعم بل كان في الجيل الحادي عشر وترجم هذا الكتاب سنة ١٣٧٠ يونانية التي توافق سنة ١٠٥٩ مسيحية . وهذا بين من رسالة بعث بها اليه الانبا يوسف يساله ترجمة هذا الكتاب ومن رسالة بعث بها المترجم الى الانبا يوسف والرسالتان مدونتان في اول النسخة التي استشهدها الخصم نفسه . فكانه لم يطالعهما او سها او عمد على السهو لقصد وكذا ذكر هذه الترجمة بهذا التاريخ البطريرك اسطفانوس الاهدني في كتابه اصل الموارنة والاحتجاج عنهم مرات . ومرهج بن نمرون الباني في مقالته في اصل الموارنة ودينهم وجه ٨٩ . ودي لاروك في كتاب رحلته الى سورية ولبنان مج ٢ وجه ٩١ والسمعاني في المكتبة الشرقية مج ١ وجه ٦٢٩ كما سترى

وفي رد الجزء الاول من كلام الخصم اقول . انا العالمون بالكتاب الذي استشهده علينا الخوري يوسف داود وقد ذكره كثير من علمائنا والسمعاني ايضا مرات وكثيرا ما سموه كتاب الهدى . لكن خصمنا لم يعلم او لم يشا ان

« bene fermentatus,, »

Dico itaque Episcopum David, quem adversarius Josephus David citavit, non fuisse seculi X. nec nomocanonem vertisse an. 959. uti asseruit adversarius: sed vixisse seculo XI. et hunc librum anno Græcorum 1370. qui cum anno christi 1059 cohæret vertisse. Hoc autem patet ex epistola ad eum missa. a quodam Abbate Josepho, qua petebat ab eo ut ei exemplar hujus libri transmitteret, et ex epistola quam Episcopus iste David Abbati Josepho transmisit. Ambo hæ epistolæ extant in intio codicis, quem adversarius citat; videtur itaque adversarius non perlegisse has epistolas, aut earum oblitus fuisse, aut consulto earum memoriam, aliquo ductus fine, præterire voluisse Idem tempus, ac nos, assignant huic versioni pluries Patriarcha Stephanus Aldoensis Maronita, in opere suo de Origine Maronitarum, et vindiciis eorum, Faustus Naironius Banensis, in dissertatione de Origine, Nomine, ac Religione Maronitarum, pag. 89. De la Roque voyage de Syrie, et du Mont Liban v. 2. pag 91. et Assemanus in Bibl. Or. Tom. I. pag. 629. uti videbit lector.

Respondendo autem ad primum adversarii articulum, dico: Nos optime noscere librum quem contra nos ipse citat, et multos ex doctoribus nostris ejus mentionem fecisse, et pluries Assemanum; sæpe etiam directorium illum eos appellasse.

يعلم ما طرا على هذا الكتاب من التحريف والزيادة من يد توما الحاراني الكفرطابي الاراتيكي وليس هذا دعوى دون حجة بل لنا فيه حجج قاطعة

من البين من نص كتاب الفه توما الحاراني هذا وسماه المقالات العشر انه اتى الى جبل لبنان سنة ١١٠٤ واقام فيه سنوات مجهدا نفسه في اضلال الموارنة ليعتقدوا المشية الواحدة في المسيح فلم يذعن لبدعته الا خوري قرية فرشع في بلاد جبيل ونفر قليل فعاد بخفي حنين نادبا سوء المنقلب فتوما المذكور ترجم في مدة اقامته في لبنان كتاب الايمان للقديس يوحنا مارون من السريانية الى العربية وعلق في فاتحته عبارات دالة على ضلاله بامر المشية الواحدة في المسيح وكذا فعل في كتاب القوانين هذا مزيدا عليه ما رواه الخصم قاصدا ان يخدع الموارنة بان يوحنا مارون بطريركهم وداود اسقفهم كانا يعتقدان المشية الواحدة اضلالا لهم

وهذا ما كتبه بهذا الشان العلامة البطريرك اسطفانوس الدويهي الاهدني في كتابه اصل الموارنة ورد التهم في فصل ١٦ « ان توما مطران كفرطاب

at adversarius noster ignoravit, aut noluit scire, quod hic liber interpolatus fuerit ab hæretico Thoma Haranensi, Episcopo Caphartabensi. Nec hoc gratis asserimus, sed ad illud evincendum ineluctabilia nobis subsunt argumenta.

Ex opere quod hic Thomas Haranensis composuit quodque decem capita inscripsit, clare patet, eum anno Chr. 1104. in Libanum venisse, ibique multos annos commoratum fuisse, oleum et operam perdendo, in pervertendis Maronitis et eis ad profitendum unam in Christo esse voluntatem adducendis. Ipse enim fatetur, nonnisi unum vici Farsciah, ex Provincia Bibliensi, Presbyterum, et aliquot alios individuos, in hoc errore eum sequutos fuisse. Hanc ob causam, re infecta, adversam fortunam lugens, domum rediit. Thomas itaque iste, dum in Libano moraretur, ex Syriaco in Arabicum sermonem vertit S. Joannis Maronis libellum Fidei, in cujus præfatione aliqua adjecit commata, quibus hæresim suam, de una in Christo voluntate, ostendit. Similiter fecit in nomocanone, ei addendo ea, quæ adversarius citavit, volens, per hoc, Maronitas in errorem inducere, ut crederent Joannem Maronem eorum Patriarcham, et David eorum Antistitem Monothelismum professos fuisse.

De hoc Thoma Caphartabensi, doctissimus Edenensis, Patriarcha Stephanus Aldoensis, in opere de Origine, et apologia Maronitarum art. 16. ait « *Thomas*

الارابكي اتى جبل لبنان سنة ١١٠٤ واقام فيه ست سنين يجهد عزيمته ليعتقد الموارنة المشية الواحدة كما يظهر من تاليفه المعنون المقالات العشر ردا على يوحنا بطريرك الروم الانطاكي ولرغبته في خدعة الموارنة سمى نفسه مارونيا وقد ذكره ابن القلاعي بقوله (نترك كلماته بحروفها) ((تبعهم توما من حاران · من قصته الصدق يبان · في كورة حلب كان مطران · وكرسيه ليس هو سمعاني : (اي ليس من المعتقدين رياسة بطرس وخلفائه الاحبار الرومانيين) قلت لي انه من ماردين زدتني به رغبة ذا الحين · ماردين مسكن الشياطين · نسطور ويعقوب سكاني · قلت انه جا لجبل لبنان · شهدت انه جاب الطغيان)) وروى الاهدني ايضا ((ان ابن القلاعي عثر سنة ١٥٠٢ على كتاب المقالات العشر وقد خطه الشدياق موسى واخوه عيسى ابنا الخوري يوسف من حاقل فكتب عليه ان توما هذا ما كان مارونيا ولا كان للموارنة اسقف في كفرطاب وان جماعة اليعاقبة نفوه فسار الى لبنان واقر بالطبيعتين مخادعة للموارنة ليضلهم ببدعة المشية الواحدة)) وهذا الكتاب القديم الذي ذكره الاهدني محفوظ في مكتبة

« *Caphartabensis Episcopus in Libanum venit anno 1104.et in eo sex annis commo-* « *ratus est omnem operam impendens in hoc, ut Maronitæ unam in Christo esse* « *voluntatem profiterentur, uti patet ex ejus opere, cui titulus decem capita, seu* « *propositiones,contra Joannem Græcorum Antiochiæ Patriarcham, et quod magno* « *flagraret desiderio decipiendi Maronitas, Maronitam sese dictitabat. Hujus men-* « *tionem fecit Bar Qalaius,seu Qalaius dicens ,,Quos sequutus est Thomas ex Haran:* « *in ejus historia rei patet veritas: qui in Provincia Aleppensi* (Hierapolitana) *erat* « *metropolita: at sedes ejus non erat Simeonis* (scilicet illum non fuisse eorum, qui « primatum Petri ejusque successorum profiterentur) *Dixisti mihi illum fuisse ex* « *Mardin: nunc sane majore in eum desiderio me flagrare fecisti: Mardin enim est* « *habitaculum dœmonum: habitantibus in ea Nestorio et Jacobo: dixisti illum in* « *Libanum venisse. testatus es illum illuc errorem importasse ,,* » Addit etiam Edenensis « *Qalaeum anno 1530. præ manibus habuisse librum decem capitum seu* « *propositionum,diaconi Moysis ejusgue fratris Jssae,sacerdotis Josephi Ecchellensis* « *filiorum manibus exaratum, eique postillas eum adjecisse quibus diceret hunc* « *Thomam Maronitam non fuisse nec Maronitas habuisse Episcopum Caphartabæ,* « *et hunc Caphartabensem, a Jacobitis expulsum, in Libanum venisse, et duas in* « *Christo naturas, ad illudendum Maronitis, ut in monothelismum inciderent ad-* « *misisse* » Vetus hic codex, quem Edenensis memorat, asservatur in Bibliotheca

بطريركيتنا وقد وقفت عليه وعلى ما علقه فيه ابن القلاعي . وقال الاهدني ايضا في فاتحة كتابهِ الثالث في الاحتجاج ((السادس كتاب الهدى وهو قديم ومقبول صنف في السريانية وترجمه المطران داود الى العربية سنة ١٣٧٠ يونانية (توافق سنة ١٠٥٩ مسيحية) ثم وقع في يد توما الكفرطابي فادخل في بدئهِ الاقرار بالمشية الواحدة)) وقد ذكر السمعاني توما الكفرطابي هذا في مج ١ من المكتبة الشرقية وجه ٥٠٨ ووجه ٥١٤ مبينا تحريفه وخرافاته وكونه مونوتيليتيا كما سيجي . ورد في وجه ٥٠٨ زعمه ان الملكية انما هم من تبعوا بارشاد مكسيموس المعترف الملوك مرقيان واخاه ثم موريق قايلا السمعاني ((لا شاهد لهذا المزعوم وتخالفه اثار التاريخ الكنايسي كافة ويبان منها ان مرقيان كان ماية سنة ونيف قبل موريق ولم يكن له اخ شاركه بالملك ولم يكن البحث عن مشيئتي المسيح في ايامهِ او في ايام موريق بل في زمان هرقل خليفة فوقا وموريق نحو سنة ٦٢٨))

واذ تقرر ذلك اقول ان البطريرك اسطفانوس المذكور اتم في فصل ١٦ المار ذكره قصة الكفرطابي بقوله ((ان يوسف الجرجسي بطريرك الموارنة

Patriarchatus nostri, et meis, eum, ipse pertractavi manibus, et quas ei Qalaius adjecit postillas vidi. Idem Edenensis, in præfatione libri sui tertii, vindiciæ appellati ait « *Sextus est liber Directorium appellatus, estque vetus, et acceptabilis* (seu admissus ut Catholicus) *Syriace exaratus ab archiepiscopo David anno græcorum « 1370. qui concordat cum anno Christi* 1059. *in arabicum sermonem conversus « est: post hæc in manus incidet Thomæ Caphartabensis, qui in ejus initio interpo- « lavit errorem monothelismi* » Assemanus quoque, hunc Thomam Caphartabensem memoravit, adulterinas additiones ejus, et commenta, et quod monothelita fuerit ostendens (Bibl. Or. T. 1 pag. 508, et 514.) uti postea videbimus, et pag. 508 assertiones ejus, quod scilicet Melchitæ ita nuncupati fuissent, quia S. Maximo Confessore prædicante, Marcianum, fratremque ejus necnon Mauricium sequuti essent, retundit dicens « *Imo repugnantibus omnibus historiæ ecclesiasticæ monu- « mentis, ex quibus liquet Marcianum Imperatorem, qui centum, et amplius annis, « Mauricio prior fuit, nullum habuisse fratrem Imperii consortem, nec sub ejus « aut Mauricii Imperio quæstionem de Christi voluntatibus agitatam; sed sub « Heraclio, Phocæ et Mauricii successore, circa annum Christi* 628. »

Hoc præmisso, dico prælaudatum Stephanum Patriarcham, in art. 16. supracitato, Caphartabensis historiam, sequentibus verbis, conclusisse « *Josephus Gerge-*

الانطاكي وقتئذ ارسل ينهى الكفرطابي عن ذلك التعليم الحديث المخالف الدين القويم وكذا ارسانيوس مطران العاقورة الذي كان ساكناً في دير مار ادنه قريباً من يانوح بعث اليه لايماله فاجابه الكفرطابي برسالة طويلة يبرهن فيها من اقوال سعيد بن بطريق ان هذا كان راي الانبا مارون معلمهم وراى الابا وان بهذا لا بغيره الفرق بين الموارنة والملكية وهذا القول نفسه زاده على كتاب الهدى في الاصحاح في فريضة الدين » وهاك هذه الزيادة بحروفها التي رواها بها الدويهي لتظهر مطابقتها لما رواه الخصم «اول فرقة ظهرت من الفرق المشهورة هي الفرقة المنسوبة الى اريوس وهي التي تدعى الاريوسية ثم النسطورية وهي المنسوبة الى نسطور. ثم اليعقوبية وهي المنسوبة الى يعقوب البرادعي. ثم الملكية وهي المنسوبة الى مكسيموس المخالف الذي كان من ذرية السمرة وابوه كان اسمه زادوق وكان يهودي وامه عجمية كما تقدم عنه الصف في الكتاب الكبير اي كتاب المقالات العشر وخبره مورخ في كتاب سعيد بن بطريق . ثم المارونية وهي المنسوبة الى دير مارن والى الاب القديس والطاهر ماري يوحنا بطريرك انطاكية . وقد ذكرت خبرها بين الفرقتين الملكية والمارونية وشرحت

« seus Antiochenus Maronitarum, illo tempore, Patriarcha scripsit Caphartabensi « ei interdicens eumque detinens a nova illa, et orthodoxæ contraria doctrina; idem « fecit Arsenius Acuræ Episcopus, qui in Monasterio Sancti Ednæi prope Ianuh « morabatur, eum objurgans, cui Caphartabensis profusam misit epistolam, qua « verbis Eutichii Alexandrini adstruebat, hoc sensisse S. Maronem Abbatem eorum « Magistrum, et Patres; et in hoc, non in alio consistere differentiam Maronitas « inter, et Melchitas. Hanc eandem assertionem addidit libro Directorii cap. de Fide » Sequitur additio Caphartabensis ad litteram, sicuti eam citat Aldoensis (in prælaudato suo opere arabico) ad hoc ut agnoscatur concordantia illius, cum eo quod adversarius citavit *« Prima quæ apparuit secta, est ea, quæ Ario tribuitur, et cujus « asseclæ Ariani nuncupantur. Post eam Nestoriana, quæ Nestorium Antesignanum habet. Sequitur Jacobitica, quæ a Jacobo Baradeo nomen sumpsit. Post hanc « Melchitica.... quæ tribuitur hæterodoxo Maximo, qui genere Samaritanus, et « patre, nomine Sadoc Judæus erat, matremque nactus est Persicam, uti de eo dissertum fuit in libro Magno, seu in libro decem propositionum. et ejus historia « posteris consignata est in libro Eutichii Alexandrini. Tum sexta Maronitarum, « quæ refertur ad Monasterium Maronis, et ad S. Patrem Joannem Maronem Magnæ « Antiochiæ Patriarcham. Ego vero de his duabus sectis, Melchitarum nempe, et*

بين حالها شرحا شافيا في الرسالة التي كتبتها الى الاب القديس ارسانيوس
استقف عبنقوره ورسمت برسالة العدل ... وثبتت هذه الفرق اربعة على ان
الفرقتين الملكية والمارونية اللتين ذكرناهما انما هما فرقة واحدة ورايها في
الاتحاد والجوهر والاقنومية راي واحد وانما اختلفتا بالمشية فقالت الملكية بالمشيتين
وقالت المارونية بالمشية الواحدة واحتجت كل واحدة منها بحجج وقد ذكرنا
حالهما وحججها التي اوجبت الخلاف بينهما في الرسالة الموسومة ببدي العدد »

ان كل من طالع هذا الكلام يعلم ذات اليقين ان ما استشهد به الخوري
يوسف داود انما هو منقول عنه بحروفه . وانه ترك تعمدا العبارات الاولى
من هذه الزيادة ليلا يظهر بطلان مدعاه على الموارنة بظهور كون ذلك الكلام
للكفرطابي الاراتيكي صاحب المقالات العشر . وهوذا كلام طعنه في القديس
مكسيموس كما اشار وهو من المقالة الرابعة منها « نحن وانتم دمنا ثابتين على
ذلك زمان كثير الى زمان مكسيموس خاصتكم الذي كان عن تحقيق ولد
زنا لان امه كانت مرة اعجمية زنت مع رجل يهودي يسمى زادوق من ملة

« Maronitarum jam disserui, earumque statum accurate exposui in epistola ad S.
« Patrem Arsenium Acuræ Episcopum transmissa, cui titulum feci epistolæ justi-
« tiæ... Hæ quatuor sectæ affirmatæ sunt. Porro Melchitarum, et Maronitarum
« sectæ de quibus loquuti sumus, sunt una secta, atque unam eandemque tenent
« sententiam circa unionem, circa naturas, ac personalitatem, solum circa volunta-
« tes discrepant, cum Melchitæ duas profiteantur voluntates, Maronitæ autem unam
« voluntatem. Et unaquæque earum differentes rationes prætexit, et jam in epistola,
« cui titulum feci: initium numeri: mentionem feci tum earum, tum rationum,
« quæ differentiam inter eos constituunt »

Quicumque, verba quæ retulimus perlegerit, ignorare nequit, quod verba, a Josepho David superius allata, ad litteram ab his transcripta sint, et quod ipse, consulto, priora hujus additionis, seu interpolationis commata præterierit, ne comperto quod illa verba hæretici Caphartabensis sint, qui auctor decem propositionum indubitanter est, appareat injustitia recriminationis suæ contra Maronitas. Verba autem Caphartabensis, in propositione quarta, quibus Sanctum Maximum, cui alludit in superius allatis, dilacerat, sequentia sunt *« Nos et vos longo tem-« pore firmi permansimus usque ad tempora Maximi vestri, qui certe spurius fuit, « quia mater ejus Persica mulier fuit, quæ re, cum Judeo homine genere Samaritano, « nomine Sadoc, habita, eum genuit »* Deinde in additione dicebat *« Et ejus histo-*

السمرة)) ثم قال في زيادته ((وخبره مورخ في كتاب سعيد بن بطريق))
فهوذا كلامه في مقالته الرابعة في مكسيموس ((وهذا المقال مورخ عندنا
وعندكم في كتاب سعيد ابن بطريق)) واضف الى ذلك ان المطران
ارسانيوس اسقف العاقورة الذي يقول انه كتب اليه رسالة العدل لم يكن
في زمان الاسقف داود الذي ترجم كتاب القوانين بل متاخرا عنه في زمان
توما الكفرطابي كما سيجي. ويويد ذلك نفس كلامه في هذه الزيادة فالاسقف
داود كان يترجم كتاب ناموس فما هذه الحاجة الى هذا الطعن في القديس
مكسيموس وما هذا التصدي لاثبات المشية الواحدة ولذكر الرسالة الموجهة
الى ارسانيوس اسقف العاقورة ولذكر الرسالة الاخرى فما كتاب الاسقف
داود كتاب تاريخ ولا كتاب لاهوت. بل مجموع قوانين

روى السمعاني في كتاب فهرست الكتب القديمة المخطوطة في المكتبة
الواتيكانية الذي الفه بالاشتراك مع ابن اخته المطران اسطفانوس عواد متكلما في
هذا الكتاب المحكي عنه ما ترجمته « ان يد اسطفانوس بطريرك الموارنة الانطاكي
خطت على هامش هذا الكتاب ورقة ٢٥ (هو نفس المحل الذي عينه منه
خصمنا) ان توما الكفرطابي ادخل في عنوان المطران داود هذا بعض امور

« *ria posteris consignata est, in libro Eutichii Alexandrini* » Et in propositione quarta de eodem Maximo dicit: « *Et hoc historiæ consignatum est penes nos et penes* « *vos, in libro Eutichii Alexandrini.* » Adde Arsenium Acuræ Episcopum, ad quem, dicit, se justitiæ epistolam transmisisse. non fuisse coetaneum Episcopo David, qui nomocanonem vertit, sed posteriorem ei, et Thomæ Caphartabensi contemporaneum, uti inferius videbimus. Confirmatur hoc ipsa loquendi ratione in hac additione; Episcopus enim David, Nomocanonem vertebat, quid ergo loci erat Sanctum Maximum lacerandi ? Et quænam causa erat qua induceretur, ad unam in Christo voluntatem, illo loco adstruendam, et memorandam epistolam, Arsenio Acuræ episcopo, transmissam ? Et ad alteram memorandam epistolam ? Non enim liber Episcopi David historicus erat, nec theologicus, sed collectio canonum.

In catalogo antiquorum codicum Manuscriptorum Orientalium Bibliothecæ Apostolicæ Vaticanæ, quem Assmanus, Stephano Evodio Assemano, ex sorore, nepote suo collaborante, redegit, de codice sub N. 133. de quo sermo est, loquens Assemanus dicit « *Stephanus Patriarcha Antiochenus Maronitarum fol.* 25. *a tergo* « (idem locus a Josepho David citatus) *ad marginem manu propria observat, a*

لتاييد بدعة المشية الواحدة والفعل الواحد في المسيح » الى ان يقول السمعاني بعد نقل الزيادة التي رويناها « ليست هذه كلمات الاسقف داود بل كلمات توما الكفرطابي فان توما هو مولف الرسالة الموجهة الى ارسانيوس الاسقف لا داود مولفها ولذا يتضح ان تلك الزيادة ادخلتها يد توما في كتاب قوانين الاسقف داود هذا » فهل بقي بعد هذه الايضاحات اجمع اثر شك او اشكال بامر هذه الزيادة

ولئلا يتوهم احد ان ما سماه البطريرك اسطفانوس الاهدني كتاب الهدى هو غير كتاب الناموس المحكي فيه لزم ان ابين ان هذا البطريرك ذكر هذا الكتاب في مولفه اصل الموارنة والاحتجاج عنهم مرات تكاد لا تحصى مسميا اياه تارة كتاب الناموس او الهدي واخرى كتاب الهدى فقط • وقد قابلت الروس التي استشهدها مع روس كتاب المطران داود كما ذكرها السمعاني في المقالة المار ذكرها انفا وفي المكتبة الشرقية مجـ ١ وجه ٦٢٩ فاذا هي هي وكذا سماه السمعاني كتاب الهدى في مجلد ٢ من هذه المكتبة وجه ١٨١ وحسبنا ان العبارات التي اوردناها نقلا عن الاهدني في مقدمة هذا

« Thoma Caphartabensi fuisse nonnulla in hunc Davidis titulum intrusa, ad asse- « rendam unius in Christo voluntatis, et operationis hæresim » Et postquam Assemanus retulerit additionem quam superius retulimus dicit *« quæ tamen sunt non « Davidis Episcopi, sed Thomæ Caphartabensis verba: Thomas enim, non David « est auctor illius epistolæ ad Arsenium Episcopum transmissæ: unde palam fit,ea « additamenta, fuisse manu Thomæ in hunc Davidis nomocanonem obtrusa »* Anne post hæc omnia, que hucusque, ad evincendam veritatem, retulimus, aliquis dubitandi locus superest, aut aliqua remanet difficultas ?

Ne quis autem suspicetur, librum, a Patriarcha Stephano Aldeensi Directorium appellatum, alium esse, a nomocanone,de quo agitur, ostendere hic oportet, hunc Patriarcham, in opere ,,*de Origine Maronitarum, et vindiciis eorum*,, sæpenumero memorasse hunc librum, Directorium aliquando illum appellando, nomocanonem alias, et alias nomocanonem simul, et Directorium. Ego autem contuli capita ab eo citata, cum capitibus libri Episcopi David, uti ab Assemano memorata fuerunt, in Cathalogo superius citato, et in Bibliotheca Orientali Tom. I. pag. 629, et identica ea esse inveni. Ita quoque Assemanus Directorium appellavit,Tom. II. hujus Bibliothecæ, pag. 181. et, ad rem evincendam, sufficit quod commata, quæ ex Edenensi retulimus, in præfatione hujus libri, non sint nisi ipsa commata, ab adversario,

الكتاب ما هي الا العبارات التي استشهدها علينا خصمنا بحروفها فلا نقف اكثر لاثبات هذا الامر وهلم ننظر في باقي ما رواه الخصم عن هذا الكتاب

اما النبذة الاخرى التي رواها الخصم وهي ((لا نعتقد فيه انه اثنان ولا مسيحان ولا شخصان ولا مشيئتين ولا فعلين)) مدعيا كونها من الكتاب الذي ترجمه المطران داود فلا ريب ان فيها زيادة من يد الكفرطابي ايضا . ولنا في ذلك الادلة المار ذكرها ودليل اخر مما رواه مرهج بن نمرون الباني في وجه ٨٩ من مقالته في اصل الموارنة عن نسخة من كتاب المطران داود كانت في ايامه في مكتبة مدرسة الموارنة في رومة قيل فيها في الراس الاول ((الملكية يتفقون مع المارونية في نطق المشيئتين وقالت المارونية مشيئتين للجوهرين الالهي والانساني)) فكيف يوفق هذا وقوله ((لا نعتقد فيه مشيئتين)) وقوله الاخر ((قالت الملكية بمشيئتين وقالت المارونية بمشيئة واحدة)) لعمرك ان هذه الاقوال ينقض بعضها بعضا

ان في ترجمة الكفرطابي لكتاب الايمان للقديس يوحنا مارون الى العربية هذه العبارة ((لا نقول انه ابنان ولا مسيحان ولا اقنومان ولا شخصان)) فيحتمل

contra nos, citata, eaque ad litteram, igitur, non est amplius insistendum in hujus rei probationem, sed age videamus alia, quæ, ex hoc libro, refert adversarius.

In alio, itaque, commate, ab adversario citato, quod est « *non credimus eum* « *esse duos, neque duos Christos, neque duas personas, aut duas voluntates, aut* « *duas operationes* » quodque adversarius prætendit esse ex libro, quem Episcopus David vertit, non est dubitandum quin Caphartabensis aliqua sit additio. Confirmant hoc argumenta, quæ retulimus, et aliud argumentum, ex eo depromptum, quod Faustus Naironius Banensis refert, pag. 89. Dissertationis suæ ,, *de Origine Maronitarum*,, ubi loquitur de exemplari libri Episcopi David, quod, tempore suo, in Bibliotheca Collegii Maronitarum de Urbe, asservabatur, et in cujus capite primo dicebatur « *Græci concordant cum Maronitis, in prolatione duarum voluntatum, et Maronitæ asserunt duas voluntates consequentes duas substantias, Divi-* « *nam et humanam* » Quomodo igitur conciliari hæc possunt cum verbis ab adversario relatis « *non credimus duas voluntates* » et aliis verbis « *Melchitæ duas* « *profitentur voluntates, Maronitæ autem unam voluntatem ?* » Sane clara est contradictio inter has propositiones.

In libello fidei, Joannis Maronis, quem Caphartabensis, ex Syriaco, in Arabicum vertit sermonem, hæc leguntur. «*Non dicimus eum esse duos filios, neque duos*

ان يكون الكفرطابي ادخل هذه العبارة (المطابقة ما رواه خصمنا) في كتاب المطران داود وزاد عليها قوله ((ولا مشيئتين ولا فعلين))

واعلم ان المطران داود المذكور روى في كتابه انه يمكن القول ان في المسيح مشية واحدة بالمعنى الكاثوليكي الذي كتب به البابا انوريوس . وهوذا كلامه في الراس الاول من كتابه كما رواه مرهج بن نمرون في المحل المذكور انفا عن نسخته في مكتبة مدرسة الموارنة في رومة « انه لايخلو ان تكون هاتان المشيئتان اللتان في المسيح اما متضادتين واما متفقتين فان كانتا متفقتين في جميع حالهما عاد الامر انها واحدة بالاتفاق . من حيث ان مرادهما واحد وان كانتا متضادتين فحصل ان الجوهر الالهي يشا ما لا يشاه الجوهر الانساني وكذلك الجوهر الانساني ما لا يشاه الجوهر الالهي واذا حصل ذلك وقع التباين والتضاد وحصلا اثنين و بطل حكم الاتحاد » فان ابى خصمنا المصادقة على تحريف الكفرطابي للنبذة المحكي فيها فلنا ان نخرج قوله « ولا مشيئتين ولا فعلين » الى معنى ان ليس فيه مشيتان تضاد احداهما الاخرى كشرحه الاخير

« *Christos, neque duas personas* » Fieri igitur potest, quod Caphartabensis, in Episcopi David librum, hanc phrasim immiserit, eique addiderit « *aut duas voluntates,* « *aut duas operationes.* »

Observandum est, Episcopum David retulisse, in libro suo, posse dici, in Christo, unam esse voluntatem, sensu Catholico, quo scripsit Honorius Papa. Confirmatur hoc verbis ejusdem, quæ, ex capite 1. exemplaris Bibliothecæ Collegii Maronitarum de Urbe, Faustus retulit Naironius, loco superius citato « *Nam fieri* « *nequit quod istæ duæ voluntates, quæ sunt in Christo, vel sint contrariæ vel con-* « *cordes, si enim sint concordes in omni earum statu redit res, quod sint una con-* « *sensu eo quod earum volitio una sit; si vero sint contrariæ, consequetur quod* « *substantia divina velit quod non vult substantia humana, similiter substantia* « *humana quod non vult Divina; si autem hoc consequetur, accidet separatio, et* *contradictio, et erunt duo* (Christi) *et cessabit judicium unionis* » Si itaque adversarius renuerit admittere, quod Caphartabensis reapse interpolando corruperit opusculum, de quo agimus, tunc licebit nobis interpretari verba „*neque duas voluntates,* « *neque duas operationes*„ in sensu quod non sint, in eo, duæ voluntates una alii contradicens, juxta ultimam ejus expositionem; hoc indicat etiam id quod subjun-

ويشعر بشي من هذا قوله « حاشاه من ذلك » والعمدة ما ذكرنا اولا

وفي الثاني اقول قد هاجني الى الضحك قولكم ايها الاب الوقور الخوري يوسف داود ان كتاب المطران داود كتب في لبنان سنة ١٤٠٢ وانه طالعه كثيرون من اساقفة الموارنة وقسوسهم الخ فليكن ما تقول فماذا ينتج من ذلك . فابوتكم اثبات ان هذا الكتاب في المكتبة الواتيكانية الان فهل يعيب وجوده فيها ايمان مركز الايمان ولو اجتمع بالوف كتب للاراطقة . وقد طالعتموه ولعلكم علقتم عليه راية غلبتكم فهل تسامحون اذا استدللنا من ذلك على ما رايتم ان تستدلوا به على طائفتنا كلها . وقد زعمتم ان الموارنة او الاكثر منهم على الاقل ارتدوا الى الايمان الصحيح سنة ١١٨٢ ويظهر من كلامكم هنا انكم اردتم ان تستدلوا من نسخ هذا الكتاب في لبنان سنة ١٤٠٢ ان بطريرك الموارنة واساقفتهم وقسوسهم وكثيرين غيرهم كانوا الى ذلك التاريخ يعتقدون المشية الواحدة اما رايتم ان زعمكم هذا ينقض زعمكم ذاك . او لم تخطر لكم على بال تلك القاعدة الشهيرة ((ان من برهن اكثر مما ادعى لم يبرهن شيا)) فليتني اعلم ما الذي حملكم على تقريع الموارنة فاجبرتمونا على هذه المحاجة بيننا كما

git ,,*absit hoc ab eo*,,. At nos insistimus in pirmum, quod initio diximus, librum, scilicet hunc, fuisse interpolatum.

Ad secundum dico: ad risum me moverunt verba tua, R. D. Joseph David, quibus asseris librum Episcopi David, in Libano anno 1402. scriptum fuisse, et quod perlectus fuisset a multis Maronitarum Episcopis, et Sacerdotibus etc...concesso enim, quod asseris, quid inde? Reverentia tua innuit, hunc librum, in Vaticana nunc asservari Bibliotheca, anne ejus existentia ibi, vitium arguit in centro Fidei, etsi inveniatur una cum millibus hæreticorum libris? Perlegisti eum, et forsan ei appendisti vexillum victoriæ tuæ, at ignosceres ne, si ex eo quod tu illum perlegeris, concluderemus de te id quod, eadem de causa, concludisti de tota Natione nostra? Jam asseruisti Maronitas, aut, ad minus, majorem eorum partem, ad Orthodoxam Fidem, anno 1182. venisse, et ex verbis tuis, huc relatis, apparet, te voluisse, ex hujus libri in Libano, anno 1402. transcriptione, eruere Maronitarum Patriarcham, Episcopos, presbyteros, et multos alios, usque ad illud tempus, in hæresi unius in Christo voluntatis, permansisse. None vides assertionem hanc tuam, priori assertioni contradicere? Et nonne in mentem tibi venit, celeberrimum illud principium « *qui nimis probat nihil probat* ? » Utinam scirem, quid te, ad conviciandos Maronitas, perduxit, ut dum nos, fraternitatem et sodalitatem tecum

تتوخى الاخاء

وفي الثالث اقول بعد ان هاجني قول الخصم السابق الى الضحك قد هاجني الى الترثي قوله . انه يعلم امرا واحدا هو ان السمعاني لم يذكر كتاب المطران داود في مكتبتيه وانه لو طالعه حين الفهما لغير رايه فارجو احد العلما ان يفتح امام الخوري يوسف داود المجلد الاول من المكتبة الشرقية وجه ٦١٩ ويهديه هذا العنوان ((الكتب العربيه التي اتى بها المولف من المشرق)) ويستقري هذا الفهرست الى وجه ٦٢٩ ويريه السمعاني يقول هناك ((الكتاب السادس والسبعين رسالة الانبا يوسف الى المطران داود الماروني في سنة ١٣٧٠ يونانية (توافق سنة ١٠٥٩ مسيحية) يساله بها ان يبعث اليه بالقوانين الكنايسية . جواب المطران داود الى الانبا يوسف وقد ارسل اليه المقالات القانونية التابعة . كتاب الناموس يشتمل على ثلاثة وخمسين عنوانا (او راسا) الاول في قانون الايمان الثاني في الايمان بالتثليث والتجسد)) الى اخر الثلثة والخمسين عنوانا . فاذا انتهى من روية هذه العنوانات يريه السمعاني يقول في اخرها ((كتاب عربي مخطوط باحرف سريانية عدد اوراقه ٢٩٥ قطع ربع كتب

---

corroborandam quæreremus, ad hanc diatribam, invitos adegeris ?

Ad tertium dico; postquam superiora adversarii verba ad risum me moverunt, ad commiserationem, erga eum, me movere verba, quibus asserit, se unum scire, Assemanum, in duabus Bibliothecis suis, ne verbum quidem, de libro Episcopi David, facere, et quod, si illum vidisset, quo tempore suas Bibliothecas scripsit, sententiam omnino mutasset. Precor igitur quemcumque, vel leviter eruditum, ut aperiat coram sacerdote Josepho David, tomum primum, Bibl. Or. ad pag. 619, et ei offerat hunc titulum « *Codices Arabici, quos auctor ex Oriente advexit* » Et perlegendo hunc indicem usque ad pag. 629. ostendat ei, Assemanum ibi scribentem « *Codex* « LXXVI. *Josephi Abbatis epistola ad Davidem Archiepiscopum Maronitam data,* « *an. Græcorum* 1370 (chr. 1059) *qua rogat eum, ut ecclesiasticos sibi canones trans-* « *mittat. Davidis Archiepiscopi responsio ad Josephum Abbatem, cui sequentes ca-* « *nonicos tractatus trasmittit. Nomocanon titulos* 53. *complectens videlicet* 1. *Ca-* « *non Fidei.* 2. *de Fide in Trinitatem, et incarnationem* » Usque ad finem quinquaginta trium titulorum, et ad finem, indicationis horum titulorum perveniens, ostendat ei Assemanum, in eorum fine dicentem « *In* 4. *Bomb.* 295. *codex Arabicus*

سنة ١٧١٣ لاسكندر وسنة ١٤٠٢ للمسيح » ثم يفتح امامه كتاب فهرست الكتب القديمة المخطوطة في المكتبة الواتيكانية المشار اليه انفا و يريه السمعاني يقول « كتاب ١٣٣ بقطع ربع ... هو من جملة الكتب التي احضرناها قبلا الى المكتبة الواتيكانية وكان قديما في عدد ٧٦ منها وهو كتاب قوانين لمطران داود الماروني » ثم يعدد عنواناته منفخا على بعضها كما رأينا ويقول احينئذ ذلك العالم للخوري يوسف داود عد عن الدعوى ولا تغمط احسان السمعاني وقد اتى بهذا الكتاب الذي تتفاخر به من لبنان ووضعه في المكتبة الواتيكانية وذكر فهرست ما انطوى عليه في تاليفه الغراء واستشهده مرات في المكتبة الشرقية منها في مج ٢ وجه ٦٧ بشان اسم يعقوب البرادعي وكذا في وجه ١٨١ كما مر وانت تزعم انه لم يره فاتعظ بقول الشاعر

لا تحسدوه فضل رتبته التي اعيت عليكم وافعلوا كفعاله

وفي الرابع وقد جزاه الخصم الى ثلثة تنبيهات اقول في اولها وهو ان مولف كتاب الناموس لم يذكر الكنيسة الرومانية ولا الاحبار الرومانيين .

« *Syriacis litteris exaratus, anno Alexandri* 1713. *Chrsiti* 1402. » Deinde aperiat coram eo catalogum Antiquorum codicum manuscriptorum Orientalium, Bibliothecæ Apostolicæ Vaticanæ, de quo superius loquuti sumus, et ostendat ei Assemanum,pariter,dicentem «*Codex*CXXXIII.*in* 4....*inter codices a nobis in Bibliothecam* «*Vaticanam inlatos, olim septuagesimus sextus.... Davidis Archiepiscopi Maronitæ* « *nomocanon* » Deinde enumerantem titulos ejusdem,aliquos ex ipsis adnotantem, uti jam relatum fuit. Et post hæc optarem, ut eruditus hic,sacerdoti JosephoDavid, diceret: sine prætentionem, et noli ingratus esse erga Assemanum,qui hunc librum, quo tu gloriaris, e Libano advexit, eum in Vaticana reposuit Bibliotheca, tum in perillustribus operibus suis indicem evolvit, eorum omnium, quæ in ipso continentur, et sæpe illum citavit ex. gr. in Bibl. Or. Tom. II. pag. 67. ubi de nomine Jacobi Baradaei, et pag. 181. sicuti jam vidimus, et tamen tu dicis eum librum illum non vidisse. Age igitur erudiaris verbis Arabis poetæ dicentis « *cum ad alicujus meritam dignitatem pertingere nequis,noli invidere ei, sed cura ut imitareris gesta ejus* »

Ad quartum, quod adversarius, in tres, divisit, animadbersiones, de prima earum, qua observat, auctorem nomocanonis, nullam Ecclesiæ Romanæ Romanorumve Pontificum mentionem facere, dico: Profecto, Reverende Domine non evin-

لعمرك ابانا الوقور لا ينتج من هذا ما تدعي من اثبات الارطقة على الموارنة الا
اذا احدثت منطقا جديدا واصولا لاهوتية جديدة . فمن احكام المنطق المتداولة
الايدي ان السالب لا ينتج منه موجب فعدم ذكر مولف كتاب الناموس
الكنيسة الرومانية والاحبار الرومانيين لا ينتج منه ان ذاك المولف اومترجم
كتابه اراتيكي ينكر رياستها و باولى حجة لا ينتج منه كون طايفته كلها اراتيكية
فعلام تبني حكمك . ومن احكام اللاهوت المعروف ان من خالف تعليم
الكنيسة الرومانية المقدسة في عقيدة دينية كان اراتيكيا وليس كل من اهمل
ذكر عقيدة دينية في كتاب انما هو الاراتيكي وكل طايفته معه . والا لتعين على
كل مولف ان يذكر كل العقائد الدينية واين القايل بل اين المفتكر بهذا .
فما هذا المنطق وما هذا اللاهوت . هذا كله على افتراض صحة روايتكم ان
مولف كتاب الناموس لم يذكر الكنيسة الرومانية ولا الاحبار الرومانيين ولا
اعلم هل هذه الرواية صحيحة اذ لم تصل يدي الى هذا الكتاب برمته واما ما
رويتموه من قول المولف من الموجب وهو « بل زعم ان لا سلطة لبطريرك

---

citur, ex hoc, id, quod contra Maronitas adstruere optas, eos, scilicet, fuisse hæreticos, nisi in hypothesi, quod novam logicam, novaque theologica principia inveneris. Etenim juxta logicæ regulas hucusque notas, ex negatione, non sequitur affirmatio, igitur, ex eo quod, scriptor nomocanonis, nullam mentionem fecerit Ecclesiæ Romanæ, vel Romanorum Pontificum, non sequitur, quod auctor, aut interpres nomocanonis, hæreticus fuerit, et a fortiori, non sequitur ex hoc, quod tota scriptoris Natio fuerit hæretica. Cuinam, igitur, nititur conclusio tua? Et ex theologicis regulis hucusque notis scimus, quod, qui in articulo quodam Fidei, S. R. Ecclesiæ doctrinæ, contradicit, hæreticus habetur, non vero quod, qui in aliquem perscribendo librum, prætermiserit memorare aliquid, ad fidem pertinens, hæreticus habendus sit, et cum eo tota ejus Natio; aliter enim omnis auctor, omnia deberet fidei dogmata memorare. At quisnam hoc dixit, vel de eo umquam cogitavit? Et quæ hæc logica, et hæc theologia? Hoc autem totum, in hypothesi veritatis suppositionis tuæ, de eo scilicet, quod auctor nomocanonis, nullam mentionem fecerit Ecclesiæ Romanæ, vel Romanorum Pontificum; nescio enim si hæc relatio vera sit, fieri enim potest, ut sit instar præcedentis de agnitione hujus operis per Assemanum; mihi enim datum non fuit totum hunc librum evolvere. At neque ex parte affirmativa assertionis tuæ, quæ sequitur „*imo eum assereret nullum Patriarcham*

اقليم على بطريرك اقاليم اخر » فلا ارى ما ينتج منه ايضا خلافا لمذهبنا الكاثوليكي المقدس بل هو طبق قوانينه القديمة والحديثة . فربما زعمتم هذا يضاد رياسة الحبر الاعظم على نصارى المسكونة كلها . ولكن هل يفوتكم ان للحبر الاعظم السلطة السامية على الكنيسة كلها . لا من وجه كونه بطريرك المغرب بل من وجه كونه راس الكنيسة كلها ونايب المسيح وخليفة بطرس زعيم الرسل فالعفو عما تستخشن من مقالي فانت موجبة

واما في تنبيهه الثاني وهو ان مولف كتاب الناموس شرح لزوم الغسل قبل الصلوة وغيرها وان هذا يخالف عوائد كل الفرق المسيحية اقول لو كان خصمنا على المام بالامور القديمة لعلم ان الغسل قبل الصلوة وقبل الدخول الى الكنيسة وغيرهما كان دارجا عند كل الفرق المسيحية منذ مبادي الكنيسة ولعرف ان يستدل على ذلك ولو بالابار والاجاجين وحياض الما التي توجد حذا الكنايس القديمة شرقا وغربا وكانت معدة لغسل المومنين ايديهم ووجوههم وافواههم عند دخولهم الكنايس . والزمه على الاقل ان يستدل على

in alterius Patriarchæ Provincias potestatem posse habere,, video quid contrarium Sanctæ nostræ catholicæ Religioni eviucatur, imo hoc omnino conforme est cum Ecclesiæ Catholicæ canonibus, tam veteribus, quam recentioribus: et forsan conclucisti hoc contrarium esse auctoritati Romani Pontificis super omnes Orbis christianos, at anne te fugit, Romanum Pontificem, suprema, in universam Ecclesiam, pollere auctoritate, non ex eo quod sit Occidentis Patriarcha, sed ex eo quod sit caput Ecclesiæ universæ, vicarius Christi, et successor Petri Apostolorum Principis? Ignoscas, precor, quæ ex verbis duriora tibi videntur, tu enim ad hæc me compulisti.

Quoad secundam autem adversarii animadversionem, circa ea, quæ auctor nomocanonis dicit, de ablutionibus ante orationem, etc. quæque adversarius dicit esse contra omnium christianarum sectarum disciplinam, dico, quod, si adversarius noster, in rebus ad antiquitatem pertinentibus, versatus esset, certo scivisset ablutiones ante orationem, et ecclesiæ ingressum etc. vel ab ecclesiæ exordiis, in usu fuisse penes omnes Christianas sectas, et saltem hoc conjecturare potuisset ex puteis, lagenis, et conchis, quæ, tam in Oriente, quam in Occidente, prope veteres, extant, ecclesias, et parata erant ad hoc, ut Christiani, ad Ecclesias accedentes,

ذلك من جران الما المبارك وهي على ابواب كل كنيسة وما الدهن بمايها الا
خلف الغسل المشار اليه . فالبابا اكليمنضوس الاول القديس قد امر منذ
الجيل الاول ان يرش المومنون بالما مدافا به بعض قطرات زيت والبابا
اسكندر الاول جعل الملح مكان الزيت بقوله ((نبارك الما مع الملح لخير الشعوب
ليتقدس بهما من رش بهما ونامر ان يصنع ذلك الجميع)) وقد كان امام الكنيسة
التي بناها القديس باولينوس في صور عيون ما ((علامة للتطهير المقدس))
كما قال اوسابيوس القيساري واثبت في تاريخه خطاب ١٠ راس ٤ ان
المومنين كانوا يغسلون ايديهم ووجوههم بهذا الما قبل الدخول الى الكنايس .
وكذا روى القديس باولينوس نفسه في رسالته ٣٢ الى سافارينوس البابا وقال
القديس يوحنا فم الذهب في ميمر ٧٣ في يوحنا عد ٣ نغسل ايدينا عند
دخولنا الكنيسة وقال الاب بسكال في قاموس الليتورجية ان النوارتين
الشهيرتين في ساحة كنيسة مار بطرس الكبرى في رومية تذكرانا باستعمال الغسل
القديم وبالحياض التي يذكر انها لما مرانها كانت حذا كثير من الكنايس
القديمة وهذا يعلمه كل من له المام بالامور الكنايسية القديمة ولو تذكرا الخوري

manus faciem, et os abluerent,et ad minus debuisset, de hoc, conjecturare, ex vasibus aquæ lustralis, quæ ad januas, extant, omnium ecclesiarum, usus enim intingendi se aqua, ex eis deprompta, nil aliud est, quam successio ablutionum, de quibus loquuti sumus. S. Clemens Papa I; vel a primo Ecclesiæ sæculo, jussit fideles aspergi aqua,in qua aliquæ olei guttæ essent mixtæ, et Alexander Papa I sal in locum olei introduxit dicens «*aquam sale conspersam populis benedicimus,ut cuncti* « *aspersi sanctificentur, et purificentur,quod et omnibus faciendum esse mandamus*» Apud Ecclesiam, quam Tyri S. Paulinus erexerat, aquæ fontes erant « *Sacrarum* « *expiationum signa* » uti loquitur Eusebius Cæsareensis, qui in hist. loc. 10. c. 4. affirmat, Christianos templum ingressuros, manus, et os lavare solitos fuisse. Idem refert S. Paulinus Epist. 32. ad Severinum Papam: Joannes pariter Chrisostomus, hemil. 73. in Joannem N. 3. asserit, tempore suo, Christianos, ante templi ingressum, manus lavare solitos fuisse. Pascal in Dictionario Lithurgiæ Catholicæ dicit: duas magnificas fontes, quæ in atrio Basilicæ Principis Apostolorum Romæ conspiciuntur, memoriale esse antiqui usus ablutionum, et [fontium, quæ existebant prope multas veteres ecclesias, quasque, ad id confirmandum, ipse citat. Hoc idem

يوسف داود ما قراه في الرسوم القانونية المعلم ديفوتي ك ٣ عنوان ٧ عد ١٤ لما كان يدرس في رومة علم الناموس الكنايسي لعدل عن ان يسمي هذه العوايد تحفظات باطلة وعن ان يصادق على تلك الخرافة التي استنبطها مرقس اسقف برتو في تاريخ رهبنة مار فرنسيس ك ٣ وهي ان الاب غريفون الفلمنكي احد رهبان مار فرنسيس رد الموارنة سنة ١٤٠٥ عن عبادة الاوثان والتحفظات الوثنية على الايمان الكاثوليكي باقتراحه اعجوبة ارجع بها الشمس من المغرب الى المشرق ثم من المشرق الى المغرب وان غريفون عمد الموارنة حينئذ وصار بطريركا عليهم وهي خرافة تعيب مخترعها وراويها ويكفي ايرادها مونة ردها وقد فندها باسهاب البطريرك اسطفانوس الاهدني في مولفه اصل الموارنة ك ٢ فصل ١٣ والعلامة بطريركنا في دره المنظوم

بقي من ازعام الخصم قوله ان كتاب الناموس صرح بان خبز التقديس يلزم كونه خميرا لا فطيرا . ففيه نقول قال الاهدني في مولفه المذكور مرارا

notum est omnibus, qui, vel e limine, antiquos ecclesiæ usus, et consuetudines, salutaverint. Et si R. D. Josephus David mente recoluisset ea, quæ supponendus est legisse, in Devoti Institutionum canonicarum, lib. 3. tit. 7. N. 14. quem auctorem præ manibus habebat, dum in Almo Coll. Urb. de Propaganda Fide, Juris Canonici studio vacaret, certo certius est, quod ipse, has ablutiones, superstitiosos mores, non appellasset, nec putidæ subscripsisset fabulæ, a Marco Portuensi Episcopo excogitatæ, qua, in Chronicis S. Francisci.dicit Patrem F. Griphonem Belgam, ejusdem S. Francisci Ordinis Religiosum, anno 1450. Maronitas ab Idolorum cultu, et idololatricis superstitionibus, ad Catholicam Fidem convertisse, patrato in sole miraculo, quo illum ab Occidente ad Orientem retrogradi fecerit, et deinde ab Oriente ad Occidentem, et quod ipse Griphon Maronitas tunc Baptismatis lavacro donaverit, eorumque evaserit Patriarcha, quæ fabula, levitatis arguit, tum auctorem, tum referentem, et pro cujus confutatione, illam sufficit memorasse, præsertim cum diserte eam confutaverint, celeberrimus Patriarcha Stephanus Aldoensis Edenensis, in opere de Origine Maronitarum, lib. 2. art. 13. et præclarissimus vivens Mationis nostræ Patriarcha, in opere, sæpuis citato, cui titulus ,, *Aldorr-ul-Manzum*.,,

Restat, ex adversarii assertionibus ea, qua dicit Auctorem nomocanonis « *ex-« presse præscribere, ut panis Eucharisticus non sit azymus, sed bene fermenta-« tus* » Ad hoc igitur dicimus, Edenensem, in opere sæpius memorato lib 3. vindi-

ك ٢ احتجاج ٦ ((ان كلام يوحنا اطبشتا (باتهام الموارنة التقديس على الخمير)
اخذه عن كتاب الهدى من الباب السادس في تقديس القرابين حيث قال
،، لا يجوز ان يرفع على المذبح من القربان لا مشترقة ولا مكسورة ولا مثلومة
ولا منهوشة ولا يكون فطيرا بل خميرا ،، ولكن هذا الكلام محرف فقد ورد في
هذا الكتاب نفسه في الباب العاشر في قانون الصوم ما نصه ،، واخذ
حينئذ من ذلك الخبز الفطير الذي كان على تلك المايدة وحمله على يديه
وبارك وفصل وقال لهم هذا هو جسدي خذوا كلوا منه ،، الى ان يقول
،، واما الفطير الذي امران يوكل به فهو اشارة الى الناموس العتيق ،، فمن
هذا الكلام الثاني وتفسيره وموقعه يبان جليا ان الكلام الاول محرف والا
فينقض بعضه بعضا)) انتهى كلام الاهدني . وقد استشهد قول كتاب الناموس
هذا اثباتا لتقديس كهنة الموارنة الخبز فطيرا مرهج بن نمرون الباني في كتابه
افوبليا (اي سلاح) الايمان الكاثوليكي وجه ١٧٠ وابرهيم الحاقلاني في كتابه
في اصل اسم البابا ورياسته وجه ٤٩٢ . فهل يتفق ان ينقض مولف كتاب
الهدى كلامه بكلامه فلا شك اذا ان ما رواه الخصم ليس لذاك المولف بل ليد

cia 6. dixisse « *Verba Joannis Baptistæ* (quibus Maronitas fermentatum panem « consecrare asserit) *desumpta sunt ex libro Directorii, cap. 6. de consecratione ob-* « *lationum, in quo dicit ,,non licet super altare imponere hostias fessas, aut fractas,* « *aut maculatas, aut laceras, nec sint ex azymo, sed ex fermentato confectæ,, sed* « *hæc verba interpolata sunt, etenim legitur in hoc eodem libro Cap. 10. de Canone* « *jejunii id quod sequitur ,, et accepit denique ex illo pane azymo, qui erat super* « *illa mensa, et sustulit illum manibus suis, et benedixit eum, et fregit, eisque dixit* « *hoc est corpus meum, accipite et manducate ex eo.... At Azymus, quem jussit* « *manducari alludit ad vetus testamentum,. Ex hoc igitur secundo loco, et com-* « *mentario ipsius, ejusque proposito, clare patet, verba superius relata interpolata* « *fuisse aliter sibi ipsi auctor contradiceret* » Hucusque Edenensis, et hunc Directorii locum citavit Faustus Naironius Banensis, ad evincendum Maronitarum Sacerdotes azymum panem consecrare. Vide ,, *Evoplia Fidei Catholicæ*,, pag. 170. Abraham quoque Ecchellensis idem fecit, in libro ,,*de Origine nominis Papæ*,, etc. pag. 492. operis sui ,,*Eutichius vindicatus*;, Credendumne putas auctorem libri directorii, hoc modo sibi contradicere? Ego autem nullimode dubito quin, quod adversarius retulit, non sit illius auctoris, sed alienæ manus, quæ, divina providentia,

اخرى لم تصل الى ما رويناه من كلامه لعناية ربانية

ويزيد ذلك تايدا قدم عادة طائفتنا تقديس الخبز الفطير. وقد مر معنا اثبات كون هذه العادة استطرقها جميع السريان من اقدم الايام نقلاً عن ديونيسيوس بطريرك اليعاقبة في القرن الثامن عن يوحنا اسقف اسيا في القرن السادس بصريح الرواية ((ان جسد المسيح كان يوكل عندهم بالفطير)) وكون اليعاقبة انفسهم كان كهنتهم قبل ايام الدمشقي يقدسون الخبز فطيرا عن فابرشيوس في البيبليوغرافيا راس ١١ عدد ٢٦ عن الدمشقي نفسه. والموارنة من جملة السريان. ونزيد مقالنا اثباتا قال يعقوب الرهاوي في تفسير سفر الاحبار ((قد امر ان لا نعيد بخمير الرداة والمرارة بل بفطير النقاوة والقداسة اي ان لا نقرب ذبيحة الرب. . . . اي ذبيحة جسد المسيح ودمه . . . ونحن مفعمون بخمير الخطية العتيق)) واطنب مرهج ابن نمرون الباني في الافوبليا وجه ١٧٠ وما يليه في ايضاح عادة كهنة طايفتنا تقديس الخبز الفطير وما اورده فقرة من فرض صلوة الليل يوم الخميس من سبة الالام (قايلا هذه الصلوات قديمة

non attigit id, quod ex ejus verbis retulimus.

Hoc, magis magisque, confirmat usus Nationis nostræ, consecrandi panem azymum. Et Jam alias probavimus, hunc usum, omnibus Syris, vel ab antiquissimis temporibus fuisse familiarem, idque quando citavimus Dionisium Jacobitarum Sec. VIII. Patriarcham, referentem Joannem Asiæ Episcopum clare dicentem « *Corpus enim Christi apud ipsos azymo manducabatur* » et quod ipsorum Jacobitarum sacerdotes, ante Damasceni tempora, azymum panem consecràre consueverint, uti, ex ipso Damasceno, refert Fabricius, in Bibliografia, cap. 11. N. 26. Atqui Maronitæ ex Syris sunt, ergo. Adde quod Jacobus Edessenus, in commentariis in Leviticum, dixit. « *Jussit nos celebritatem non agere in fermento malitiæ, et* « *amaritudinis, sed in azymo puritatis .... Sacrificium Corporis, et Sanguinis* « *Christi...quum pleni sumus veteri fermento peccati* » Faustus quoque Naironius Banensis, in Evoplia Fidei, pag. 170. et seqq. diserte demonstravit usum sacerdotum, Nationis nostræ, consecrandi panem azymum, et postquam probaverit officia nostra vetustissima esse, et a sæculo tertio, et quarto, in majorem partem redacta, citat, inter alia, versiculum ex breviario Nationis nostræ, in, feriæ quintæ, hebdomadæ majoris, matutini proemio, contentum, quod sic interpretatur «*Azymus, ad reno-*

منذ الجيل الثالث والرابع) ترجمتها ((يوكل الفطير لتجديدنا وقد ابطل (المسيح) الخمير الدال على عتاقتنا)) وقال الاب ايرونيموس دنديني في ك ١ راس ٣٤ في سفارته الرسولية الى لبنان ((ان الموارنة قدسوا كل حين الخبز فطيرا)) وقد اثبت المجمع الذي عقده الموارنة بحضرته سنة ١٥٩٦ عد ١٠ ((ان الموارنة قدسوا كل حين الخبز الفطير)) ومالنا وتكثير الشهود وتغنينا عنهم شهادة العلامة البابا بنادكتوس الرابع عشر في براءته العامة سنة ١٧٥٥ المفتتحة قد وردت حيث قال في عد ٢٣ ((ان عادة تقديس الخبز الفطير عند الموارنة هي قديمة جدا ولا يعرف لها بدء)) فلو كان الخوري يوسف داود عالما منصفا لدري ان ما قراه في كتاب الناموس يخالف عادة الموارنة الدائمة ولاستدل منه ان ذلك الكتاب بلي بيد غير مارونية فلا يعتمد على كل ما فيه

اننا خصمنا فور قوله المار بمجرد اسم « غوليلموس الصوري من اللاتينيين في الجيل الثالث عشر » ولم يرو شهادته كما فعل لدى استشهاده بسعيد ابن البطريق لكنه احتج اخيرا كما مر بان شهادتهما اوضح من

« *vationem nostram, manducatur, et fermentum illud, quod vetustatem significabat,* « *cessare* (Christus) *facit* » R. P. Hieronimus Dandini S. J. in libro 1. cap. 34. Apostolicæ Missionis suæ ad Libanum dicit « *in pane azymo, temporibus omnibus, Ma-* « *ronitas consecrasse* » Et Synodus, quam, eo adstante, anno 1596. Maronitæ coegerunt, confirmat hoc N. 10. in quo dicitur « *Maronitæ in pane azymo, temporibus omnibus, consecrarunt.* » Sed ad quid multiplicatio testium dum testimonium habemus doctissimi Pontificis Benedicti XIV. in Encyclica an 1755. data, quæ incipit ,,*allatæ sunt*,, in qua, N.23; dicit «*Vetustissima pariter, et immemorabilis est apud* « *Maronitas azymi consuetudo* » Si igitur, Sacerdos Joseph David eruditus simul, et æquus fuisset, intellexisset, quod id, quod in nomocanone vidit, contrarium esset perpetuæ Maronitarum consuetudini, et ex hoc concludisset, librum illum, in manus non Maronitas, ærumnose incidisse, ac proinde non omne id, quod in eo continetur, textum facere.

Adversarius, immediate post verba sua, superius citata, impetit nos solo nomine « Willelmi Tyrii ex Latinis (sæc. XII.) » At hujus testimonium non affert, eadem ratione, qua se gessit, quando Eutichium Alexandrinum contra nos nominavit, sed, uti superius diximus, prætexiut tandem, horum duorum testimo-

ان تبين فكانه شعر جنيذ بما قدمناه من الزامه برد قول السمعاني المفند لشهادتهما ولا حيلة له في القيام بالزامه فعول على ايهام السذج بذكر اسمي سعيد وغليلموس كان اسم الشاهد شهادة ولو رُدت شهادته مرات ولم تعدل مرة. فقد رد شهادة سعيد وغوليلموس من علمائنا الاهدني في مؤلفه اصل الموارنة. ردها البانى في مقالته وكتابه الافوبليا المذكورين مرارا. ردها السمعاني الشهير في مكتبتيه. ردها المطران اسطفانوس عواد السمعاني في كتابه اعمال الشهداء الغربيين والشرقيين. ردها عيسى الدمشقي في كتابه رد التهم. ردها البطريرك يوسف اسطفان في كتابه في قداسة يوحنا مارون. ردها اخيرا بل استاصلها العلامة بطريركنا في الدر المنظوم باسهاب مفحم. ردها اخرون كثيرون من الموارنة واللاتينيين والروم ايضا. ومع هذا كله اكره نفسي ايضا على رواية بعض ما ردت به شهادة غوليلموس وان اوجز روايتي مالي

انما ملخص شهادة غوليلموس ما دونه في تاريخ الحروب المقدسة ك ٢٢ راس ٨ زاعما ان الموارنة «تشبثوا بضلال مارون ما نحو خمسماية سنة ثم اقلعوا عنه

nia, adeo nota esse, ut commentariis non indigerent. Videtur adversarius sensisse tunc id, quod jam diximus, de obligatione sua, respondendi argumentis Assemani, horum duorum testimonia confutantis, et cum non inveniret quo obligationi huic suæ satisfacèret, prætulisse homines bonæ fidei hallucinari nominibus Eutichii, et Willelmi Tyrii, ac si nomen testis testimonium constitueret, non obstante, quod hujusmodi testimonium, fuerit sæpenumero refutatum, et numquam justificatum. Testimonia enim Eutichii et Willelmi confutavere, ex nostris, Edenensis, in opere de Origine Maronitarum, Faustus Naironius Banensis, in Dissertatione, et in Evoplia sæpe jam citatis, Assemanus, in duabus suis Bibliothecis, Episcopus Stephanus Evodius Assemanus, in Actis Martyrum Orientalium, et Occidentalium, Issa Damascenus, in libro de Vindiciis Maronitarum, Patriarcha Josephus de Stephanis in libro de Sanctitate Joannis Maronis. Confutavit denique, imo disertis, et ineluctabilibus argumentis, funditus evertit, doctissimus vivens Patriarcha noster, in opere jam etiam sæpe citato, cui titulus „*Series Margaritarum*„ Alii etiam multi, non solum ex nostris, sed ex Latinis Græcisque, eadem confutaverunt. Hoc non obstante, vim mihi facio ad referendum aliqua ex iis, quibus Willelmi testimonium confutatum jam fuit, etsi dissertationem meam toedium sit breviaturum.

Summa testimonii Willelmi Tyrii, quod contra nos affertur, ex eo desumitur, quod ipse scripsit lib. 22. Belli Sacri, cap. 8. ubi de Maronitis loquens ait « *cum,*

بالالهام الالهي واتحدوا مع الكنيسة الكاثوليكية على يد ايمريكوس بطريرك انطاكية اللاتيني . . . وكان ضلال مارون وتابعيه ان في المخلص مشية واحدة وفعلا واحدا كما يظهر من المجمع السادس الذي عقد ضدهم وحرموا فيه »
والحال ان شهادته هذه مردودة اولا لكونها فرعا عن اصل شهادة سعيد ابن البطريق بدليل قول غوليلموس نفسه في فاتحة تاريخه « الفنا تاريخا يمتد الى خمسماية وسبعين سنة . . . واقتفينا خاصة شهادة الرجل المحترم سعيد بن بطريق البطريرك الاسكندري » وبدليل ان ما قاله في مارون المبتدع وفي عقد المجمع السادس خلافا له ولتابعيه ليس الا تجني سعيد بن بطريق او مبني عليه وهل يقبل فرع شهادة تبين كذب اصلها بيان النور في رابعة النهار كما رايت .

ثانيا لكذبها المبين بان المجمع السادس عقد دفعا لضلال مارون والموارنة فاعمال هذا المجمع قايمة معروفة . فليبين لنا خصمنا وكل من ادعى دعواه

« *per annos fere quingentos, cujusdam Maronis hæresiarchæ errorem fuissent sequu-*
« *ti... Divina inspiratione ad Patriarcham Antiochenum Haimericum... accesse-*
« *runt, et abjurato errore, ad unitatem Ecclesiæ Catholicæ reversi sunt....Maronis*
« *autem error et sequacium est, et fuit, sicut ex sexta Synodo legitur, quæ contra*
« *eos lata esse dignoscitur, et in qua Damnationis sententiam pertulerunt, quod in*
« *Domino nostro Jesu Christo una tantum sit, et fuerit, ab initio voluntas et operatio* »
Atqui Willelmi testimonium habendum est pro confutato 1. ex eo quod non sit ab eo, ex scientia propria, prolatum, sed, ex Eutichio Alexandrino, relatum, uti evincitur ex ipsius Willelmi, in proemio operis sui, verbis, quibus ait « *Aliam histo-*
« *riam...per annos quingentos septuaginta decurrentem conscripsimus, auctorem*
« *maxime sequuti virum venerabilem Seith-filium Patrtii Alexandrinum P[illegible]iar-*
« *cham* » Et ex eo quod assertio ejus de Marone hæresiarcha, et de coactione Sextæ Synodi contra eundem, et ejus sequaces, non sit nisi injuria Eutichii, aut aliquid super eam fundatum. Admittendumne putas testimonium alicujus, ex alio desumptum, postquam primi, cujus auctoritati alter nititur, luce meridiana clarius, falsitas fuerit demonstrata ? Hoc autem jam effecimus ubi de Eutichio Ergo.

2. Ex eo quod, omnino falsum sit, Synodum sextam contra Maronem, et Maronitas fuisse coactam: acta enim hujus Synodi omnibus patent, velit igitur ad-

كلمة واحدة في نسخ هذا المجمع الصحيحة على مارون او الموارنة او رواية واحدة صحيحة في كتب جميع المولفين قبل سعيد تدل على كون مارون او الموارنة اراطقة فنذعن لما يدعون ونصبر على ما يقرفون. ثالثا لقول هذا الشاهد ان الموارنة اقلعوا عن الضلال بالالهام الالهي واتحدوا مع الكنيسة الكاثوليكية فليبينا اخصامنا اين او متى حدث مثل هذا الحدث الغريب ردة قبيلة برؤسايها واعيانها وساير شعبها دون نذير ولا بشير اذ لم يروا ان البطريرك ايمريكوس المذكور خاطبهم قبل ردتهم بشي الى بدعتها المردودة رابعا بشهادة اخرى من غوليلموس نفسه اداها في ك ٧ راس ٢١ من تاريخه المذكور فقال «ولما قابل الافرنج بعض المومنين سكان جبل لبنان المشرف على تلك المدن (اي عرقا واطرابلس وجبيل) من جهة المشرق .... فهولا انحدروا الى الافرنج مهنئين ومبدين تعطف المحبة الاخوية وكانوا رجالا حكماء متطرقين تلك الاماكن فسالهم الافرنج ان يدلوهم طريقا امنا الى اورشليم... فساروا وبعض المومنين المذكورين وامرا اطرابلس يهدونهم» ولا ريب بكون اوليك المومنين الموارنة فالمحال المشار اليها كانت وما برحت معمورة بهم ولا

versarius noster, et quicumque causam cum eo contra nos movet, vel unum verbum in authenticis hujus Synodi exemplaribus, de Marone, et Maronitis, nobis ostendere; aut ex omnibus auctoribus, qui Eutichium præcesserunt, unum saltem nobis adducere testimonium, quo Maronem, aut Maronitas hæreticos fuisse indicetur, et tunc manus dabimus victas, et convicias patienter feremus. 3. ex eo quod hic testis asserit Maronitas, divina inspiratione, abjurato errore, ad unitatem ecclesiæ Catholicæ reversos esse. At cum non dicatur supradictus Patriarcha Haimericus de quoquam illos allocutus fuisse, ante eorum conversionem, velint quæso adversarii nostri, nobis ostendere, ubi, aut quandonam acciderit portentum simile, quod, scilicet, integra natio, Præsulibus, Principibus, et reliquo populo constans, ad fidem, nemine adhortante, aut prædicante, converteretur ? 4. Testimonium hoc alio, ejusdem Willelmi, confutatur testimonio, quod dat lib. 7. cap. 21. ejusdem historiæ, ubi dicit « *Accitis quibusdam fidelibus Montis Libani habitantibus, qui* « *urbibus illis* (scilicet Arca Tripolis, et Biblum) *a parte supereminet orientali.....* « *tamquam a viris prudentibus locorum gnaris, qui ad eos gratulabundi descende-* « *rant, ut fraternæ caritatis dependerent affectum, consilium ab eis petierunt, qua* « *via versus Hierosolymam, tutius possent incedere.... assumptis ducibus itineris* « *tum ex prædictis fidelibus, tum ex Tripolitani Principis familia* » Nulli dubium esse potest, illos fideles fuisse Maronitas, ipsi enim, loca ab eo citata incolebant in-

يمكن حمل تسميتهم مومنين على غير الامانة الدينية كما اعتاد الافرنج وقتيذ ان يسموا الكاثوليكيين في بلاد الغير المومنين

ان شهادة غوليلموس مردودة خامسا ببينات تثبت اتحاد الموارنة مع الكنيسة الكاثوليكية قبل الوقت الذي عينه غوليلموس لردتهم وهو سنة ١١٨٢ . روى البطريرك اسطفانوس الاهدني في مولفه في اصل الموارنة في ك ٢ في رد التهم نقلا عن بينات يوثق بها انه لما قدم الافرنج الصليبية الى ناحية اطرابلس سنة ١٠٩٩ وكان يوسف الجرجسي بطريركا انطاكيا على الموارنة بعث قصادا الى رومة يسال الحبر الاعظم التثبيت مع سفرا غودفريد ملك اورشليم فمنحه البابا بسكاليس الثاني التثبيت سنة ١١٠٠ واهداه تاجا وعصا . وكذا ارسل البابا اينوشنسيوس الثاني رسائل الى البطريرك غريغوريوس الحالاتي سنة ١١٣١ مع الكردينال غوليلموس بها يعلمه انه البابا الصحيح لا بطرس لاون الدخيل على الكرسي الروماني فاقسم البطريرك وساير الروسا الموارنة يمين الطاعة للبابا اينوشنسيوس الثاني على يدي هذا الكردينال كما فعل روسا الافرنج في الديار الشامية فكيف يكون هذا لو كان الموارنة وقتيذ اراطقة وكيف يوفق مع زعم

coluntque adhuc, fideliumque nomen eis tributum, sumi non potest, nisi in sensu fidei religiosæ, quo nomine, Franci, tunc temporis, Catholicos, in infidelium partibus degentes, vocare consueverunt.

Testimonium Willelmi confutatum est 5. probationibus evincentibus Maronitas ante an. 1182, quod est tempus a Willelmo eorum conversioni assignatum, cum ecclesia catholica unitos extitisse. Patriarcha enim Stephanus Aldoensis, in opere „ *de Origine Maronitarum*„ *lib.* 2. *Vindiciarum*, testimoniis fide dignis innixus, refert, quod quando Franci Crucesignati, ad partes Tripolis pervenere, an. 1099. quo Josephus Georgeseus Antiochenus erat Maronitarum Patriarcha, hic legatos Romam miserit, cum Godofredi Hierosolymæ Regis legatis, ut a Pontifice Pallium peteret, et quod Pascalis Pontifex II. ei Pallium concesserit, an. 1100. Mytram, et Pastorale illi dono mittens. Similiter Innocentius Papa II. an. 1131. per Willelmum Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, ad Patriarcham Gregorium Halatensem, litteras misit, quibus eum edocebat se esse legittimum Papam, non Petrum Leonem in Sede Romana intrusum, proinde Patriarcha et ceteri Maronitarum Præsules obedientiæ juramentum, Innocentio Papæ II. coram hoc Cardinale emiserunt, uti fecerunt, Francorum Prælati in Syria existentes, at quomodo hoc fieri poterat, si Maronitæ

غوليلموس الصوري انهم رجعوا الى الايمان سنة ١١٨٢ بعد استمرارهم نحو خمسماية سنة على ارطقة مارونه

ان شهادة غوليلموس مردودة سادسا بجميع شهادات الاحبار الاعظمين والعلما المحققين والادلة السديدة التي قدمناها اول هذا الكتاب في فصولنا الثلثة اثباتا لاستمرار الموارنة كل حين على الايمان الكاثوليكي ثم بكل ما رددنا به شهادة سعيد ابن البطريق انفا . ونزيد هنا على ذلك ذكر بعض العلما اللاتينيين الذين ردوا شهادة غوليلموس هذه مكتفين بتعيين محل اقوالهم خشية التطويل وملل المطالع فمنهم الاب كانيسيوس اليسوعي في كتابه التعليم المسيحي وبصوين اليسوعي في كتاب استعداد الايمان وتوما الكرملي في ك ٧ فصل ٢٢ في مولفه في ارتداد جميع الامم . وباجيوس في تنقيح تواريخ بارونيوس سنة ٥٣٦ عد ٥ وسنة ١١٨٢ عد ١٠ وميخائيل لاكويان في مجلد ٣ من المشرق المسيحي وروبرتوس صالا في حواشي ك ١ فصل ٩ على تاليف الكردينال بونا في الطقوس حيث قال . ان باجيوس المورخ برهن برهانا جليا وحقق تحقيقا لاتخامره ريبة ان ابن البطريق الاسكندري غوى غواية بينة وشحن تاريخه

tunc temporis hæretici fuissent? Et quomodo conciliari hoc potest cum assertione Willelmi Tyrii, quod ad Fidem reversi essent an. 1182, postquam per circa quingentos annos permanserint in hæresi Maronis ejus?

Willelmi Tyrii testimonium confutatum est 6. omnibus Romanorum Pontificum, et Doctorum criticorum testimoniis, tum etiam indicii, seu argumentis ineluctabilibus, quæ initio hujus libri, tribus retulimus articulis, ad evincendum Maronitas fuisse, omni tempore, in Fide Catholica, constantes. Pariter confutatum est omnibus iis, quæ superius attulimus, ad confutandum Eutichii testimonium. Attamen aliqua hic illis addimus, nonnullos, ex Latinis, memorantes doctores, qui Willelmi hoc, confutaverunt, testimonium: brevitatis tamen gratia, et ne lector tædio afficeretur, contenti erimus indicatione locorum in quibus, de hoc loquuti sunt auctores. Ex his igitur B. Petrus Canisius S. J. in opere cui titulus ,, *summa doctrinæ Christianæ*,, Possevinus (Antonius) S. J. in opere,, *apparatus Sacer*,, Thomas Biatiensis Carmelita ,, *de procuranda salute omnium gentium*,, lib. 7. cap. 22, Pagius in critica ad Baronium an. 536. N. 5. et an. 1182. N. 10. Michael Le Quien in opere cui titulus ,, *Oriens Christianus*,, Tom. 3., Robertus Sala, in notis ad lib. 1 c. 9. operis Cardinalis Bonæ ,, *de Lithurgia*,, ubi dicit Pagium dilucide disseruisse et clare evicisse, Eutichium Alexandrinum, aperte deceptum fuisse, et historiam

خرافات وقد انتحل غوليلموس الصوري في تاريخه امورا شتى كاذبة من تاريخ ابن البطريق وتجنى بها على الموارنة

لما كان من اعتمدوا شهادة غوليلموس على الموارنة انما حملهم على هذا الاعتقاد افتراضهم اياه شاهدا عيانيا راينا ان نقول ان غوليلموس لم يكن شاهدا عيانيا لكون مارون اراتيكيا ولا لحرمه والموارنة في المجمع السادس ولا لاصرارهم على الارطقة نحو خمسماية سنة كما يزعم فجل ما يمكن ان يسمى شاهدا عيانيا له انما هو ارتدادهم المزعوم على يد ايمريكوس بطريرك انطاكية اللاتيني. الا انه اولا ليس كل شاهد عياني مصدقا. ثانيا ليس كل من ارخ حدوث فعل في عصره كان شاهدا عيانيا له. ثالثا ان في حيوة غوليلموس الى سنة ١١٨٢ (التي يزعم في تاريخه ان الموارنة رجعوا فيها) شبهة كبيرة وفي وجوده في صور او اورشليم تلك السنة شبهة اكبر من الاولى. واكثر العلما على انه رجع من المشرق الى ايطاليا ومات هناك سنة ١١٨٠. منهم هوغو بلاكون الافرنسي مكمل تاريخ غوليلموس الى سنة ١٢٧٥ كما روى الاب ميخائيل لاكويان في مجلد ٣

suam, fabulis, replevisse, et Willelmum Tyrium, in historia sua, multa falsa ex Eutichio desumpta adoptasse, eisque contra Maronitas abusum fuisse.

Quum multi eorum, qui Willelmi Tyrii, circa Maronitas, testimonio, serio innixi sunt, ideo hoc fecere, quia oculatum illum testem putaverunt, visum est nobis animadvertere Willelmum hunc, oculatum testem non fuisse, in eo quod Maro fuisset hæreticus, neque in eo, quod ipse et Maronitæ excomunicati fuissent in sexta Synodo, neque in eo, quod in hæresi, per quingentos permansissent annos, sed totum illud, in quo testis oculatus appellari posset, esse conversionem eorum, quæ asseritur evenisse per Haimericum Latinum Antiochiæ Patriarcham. At 1. non omni testi oculato fides præstanda est, 2. non omnis, qui historiæ consignat aliquid, quod tempere suo evenisset, habendus est ut testis oculatus de illo. 3. Magnum dubium existit, circa protractionem vitæ Willelmi usque ad annum 1182. (in quo juxta assertum, in historia ejus, dicantur Maronitæ ad fidem reversi fuisse) et majus dubium existit circa ejus Tyri, aut Hierosolymæ, illo anno, existentiam. Major enim eruditorum pars, in hac est sententia, quod ille, ex Oriente in Italiam profectus fuisset, et ibi mortuus esset an. 1180. Ex his Gallus Hugo Plagon ejus historiæ ad an. 1275. continuator, qui dicit eum in Italiam profectum an. 1180. et eodem anno ibi mortuum fuisse, uti refert Michael Le Quien in opere cui titulus „*Oriens Christianus*„ Tom. III.

من المشرق المسيحي وجه ١٢١٥ ((وفي تلك السنة (١١٨٠) مات املريكوس بطريرك اورشليم في تشرين الاول وخلفهُ هرقل وشقت على غوليلموس خلافته فاستغاث بالحبر الروماني ومضى الى ايطاليا حيث قضى اجله مسموما قبل قضا حاجته كما شهد الافرنسي مكمل تاريخه)) وقال الاب يعقوب تيرينوس اليسوعي في فهرست العلما الذي علقه على اخر موجزه تفسير الكتاب المقدس ((ان غوليلموس رئيس اساقفة صور ارخ الحرب المقدسة في ثلاثة وعشرين كتابا من سنة ١٠٩٥ الى سنة ١١٨٠ التي توفاه الله فيها)) وتوبد ذلك الايضاحات المعلقة على كتاب غوليلموس في طبعة الاب مين في بريس سنة ١٨٥٥ حيث قيل ان غوليلموس ((لم يصرح بامور بل مسها مسا طفيفا كانها بينة ولا تطابق كلها زمان حدثها · فقال في مقدمته ان السنة الحاضرة هي سنة ١١٨٤ لكنه جعلها في ك١ راس ٢ سنة ١١٨٢ كما ترى في خاتمة راس ٢١ من ك١٩ وتلك السنة عند عامة العلما سنة ١١٧٢ وقال في ك ٢١ راس ٢٦ ان لرياسته على كنيسة صور ست سنوات فيكون ذلك سنة ١١٨٠)) (يظهر مما مر هنا ان خصمنا غلط بقوله ان غوليلموس كان في القرن الثالث عشر فالصواب انه كان في القرن الثاني عشر كما رايت ولا عجب)

Col. 1315. dicens « *Quum, eo anno,* (1180) *mense octobri objisset Amalricus Patri-* « *archa Hierosolymorum, et in ejus locum substitutus fuisset Heraclius, ejus pro-* « *motioni obstitit Willelmus, ad Romanum Pontificem provocans, iter etiam postea* « *arripuit in Italiam, ubi re nondum confecta, veneno extinctus est, teste laudato* « *ejus historiæ continuatore Gallo* » Et P. Jacobus Tirinus S. J. in indice auctorum, quem apposuit commentario suo in S. Scripturam, sic habet « *Gulielmus* « *Tyrius Archiepiscopus, Natione Gallus, libris* 23. *describit historiam belli* « *sacri ab anno Christi* 1095, *ad an.* 1180. *quo obiit* » Hoc confirmant annotationes, quæ ad Gulielmi opus in Parisiensi an. 1855. Sacerdotis Migne editione appositæ sunt, in quibus asseritur, Gulielmum, de pluribus rebus, clare non fuisse locutum, sed ea leviter, quasi clara essent, attigisse, illaque non convenire cum tempore, quo reapse evenerunt, ex. gr. eum in præfatione operis sui dixisse annum quo ipse scribebat fuisse 1184. quem annum lib. 1. cap. 12. dixit fuisse 1182. uti videre est in fine cap. 21. lib. 19. dum interim annus ille penes eruditos sit 1172. et dixisse in lib. 21. cap. 26. se tunc, a sex annis, ad Tyri Archiepiscopatum evectum fuisse, ex quo constat, annum illum fuisse 1180. (Ex his quæ in hoc paragrapho retulimus patet adversarium nostrum errasse dicendo Willelmum Tyrium fuisse seculi XIII. etenim veritas est, illum fuisse seculi XII. sed nil mirum)

اقول بعد كل ما رويته ان شهادة غوليلموس في ما امكن ان يكون به
شاهدا عيانيا يمكن تخريجها الى معنى لايخالف اثباتنا ولا يثبت زعم اخصامنا .
قد جعل بعض علمائنا لذلك مخرجين . الاول انه لما كان سنة ١١٥٩ توفي
البابا ادريانوس الرابع واختلف الكردينالية في اختيار خليفة له فانتدب واحد
وعشرون منهم الكردينال رولاندوس ودعي اسكندر الثالث وانتدب
ثلاثة منهم الكردينال اوكتابيانوس وسمي فيكتور الرابع فكان شقاق توصل
الى الممالك واستمر الى سنة ١١٧٧ الى ان ادى البابا اسكندر الطاعة كل
مخالف له كما حققه كثير من كتبة تاريخ الكنيسة وعقد سنة ١١٧٩ المجمع
اللاتراني الثالث ومما فرض ان يخضع كل رئيس كنيسة ورعية للبابا اسكندر
الثالث . وانهزم ايمريكوس بطريرك انطاكية اللاتيني تلك السنة من انطاكية
الى اورشليم ولدى اياب الاساقفة الذين كانوا من المشرق في المجمع الروماني
تلا ايمريكوس وساير الروسا الكاثوليكيين في المشرق يمين الطاعة للبابا اسكندر
فقسم من جملتهم موارنة اورشليم هذه اليمين على يد ايمريكوس المذكور قبل
ان يبلغهم خبر وفاة هذا البابا التي كانت سنة ١١٨١ فيحتمل ان غوليلموس

Post omnia quæ hucusque retulimus dico, testimonium Gulielmi, circa id, in quo potuit esse testis oculatus, posse interpretari in sensu, qui iis, quæ a nobis relata sunt, non contradicat,et assertionem adversariorum nostrorum non confirmet. Duobus modis, aliqui doctores nostri, hoc explicant. 1. quod cum an. 1159. vita functus esset Hadrianus Papa IV, et Cardinales, in eligendo ejus successore, in diversas ivissent sententias, et vigintiunus, Cardinalem Rolandum elegissent, qui Alexandri III. nomen sumpsit, et tres elegissent Cardinalem Octavianum,qui Victor IV. vocatus est,et exortum esset schisma,quod ad diversa pervenit regna,et usque ad 1177. productum fuisset annum, in quo, uti multi, historiæ Ecclesiasticæ Scriptores, affirmant, omnes refractarii ad obedientiam redierunt Alexandri, et an. 1179. Lateranense III. coactum fuisset concilium, in quo decretatum fuit, ut omnes Pastores, et populi, agnoscerent Alexandrum tertium, et illo anno Haimericus Latinus Antiochiæ Patriarcha, Antiochia Hierosolymam confugisset, et redeuntibus Episcopis, qui ex Oriente in Romano erant concilio, Haimericus et cæteri Catholici in Oriente Pastores Alexandro Pontifici, obedientiæ prestitissent juramentum, et inter eos Maronitæ, qui Hierosolymis degebant, hoc juramentum in supradicti Haimerici manus emisissent,antequam perveniret ad eos notitia mortis hujus Papæ, quæ evenit an. 1181. Fieri potest,juxta illorum doctorum sententiam,ut Gulielmus

الصوري توهم هذا القسم ردةً الى الايمان الكاثوليكي فقال ما رايته
والمخرج الثاني هو انه لما كان توما الكفرطابي المونوتيليتي اتى لبنان في
« Maronitas contumelia, ex similitudine duarum lithurgiarum) *et profitebamini « unam voluntatem, deinde discrepastis ab illis, et professi estis duas voluntates*,, clarum est etiam hoc convenientius fuisse fini auctoris Catechismi Jacobitarum ad confirmandum errorem suum. Ostendit etiam mendacium auctoris Catechismi Jacobitarum, aut saltem ignorantiam ejus,assertio ipsius, quod Maronitæ profitentur duas personas, cum usque nunc nemo id dixerit. Quod autem adversarius noster, ad illum fulciendum refert, Syros scilicet, et Nestorianos schismaticos naturam a persona non distinguere, validum argumentum non constituit, quia hic auctor de Maronitis loquebatur, ac proinde debebat personam intelligere sensu, quo Maronitæ eam intelligebant,et si dixisset ,,*et unam personam*,, accommodatius fuisset fini ipsius corripiendi Maronitas, cum ex eo apparuisset, juxta eum, ipsos sibi ipsis contradicere profitendo duas naturas, et unam personam; igitur mentitus est auctor Apologiæ dicendo ,,*duas personas*,, aut ignoravit Maronitas naturam a persona semper distinxisse. Ignorantiam autem, testimonium ejus nullum reddere, nemo dubitat. Secunda quoque phrasis « *dicunt Maronitæ* ,, *et Franci*,, (etsi in margine).... *unam voluntatem* » quam ex eo citat adversarius, ostendit etiam mendacium,aut ignorantiam illius,dum adversarius Francos,per Latinos interpretatus est. Etenim nemo Latinis in generali tribuit professionem unius volun-

وفي الحالين لا يعتد بشهادته . ولا يصدق عليه ما اضحكنا خصمنا بكتابته وهو « لولا معرفة المولف جليا باعتقاد الموارنة المشية الواحدة لما اقر بذلك » فهل عرف جليا ان اللاتينيين ايضا في اوائل الجيل السادس عشر يعتقدون المشية الواحدة . ولو اسقطنا ايضا كلمة الافرنج من قول مولف تعليم اليعاقبة بقي برهان الخصم قاصرا ايضا لان لذلك المولف سببا اقوى مما عينه الخصم وهو اثبات ضلال نفسه بالقول بمشية واحدة فلم تجبره معرفته الجلية على هذا الاقرار بل غرضه في اثبات ضلاله . ثم لا اعلم لمَ قال خصمنا ان بغضة هذا المولف الموارنة حملته حلالا ام حراما على ان ينسب الى بعضهم القول بمشيتين كارطقة (بعد ان قال ان المراد بهولاء من اتبعوا الافرنج) ولم يشا ان يفكر البتة ان تعصبه لبدعته حمله حلالا ام حراما على نسبة معتقد المشية الواحدة الى باقيهم مع ان هذا اولى . والصحيح ان الخوري يوسف داود انما هو الذي

tatis, ac proinde auctor catechismi Jacobitarum mendax est, aut ignorans, et in utroque casu, testimonium ejus nihili est faciendum, et nullo jure de illo dici potest, id, quo nos adrisum movit adversarius, dicens in nota sua ,, profecto nisi hoc auctor compertissimum haberet Maronitas unam in Christo admisisse voluntatem, id haud confessus esset,, anne compertissimum habebat Latinos quoque, initio seculi XVI. unam in Christo admisisse voluntatem? Et supposito etiam, quod verbum *Franci* auferremus de eo, quod dixit auctor Catechismi Jacobitarum, adversarii argumentum infirmum remaneret, quia auctor ille aliam causam habebat, majorem ea, quam assignavit adversarius, professionem scilicet monothelismi, quæ est confirmatio erroris proprii; igitur non quod compertissimum haberet, Maronitas unam in Christo admisisse voluntatem, ad hoc asserendum compulsus est, sed desiderium confirmandi errorem proprium illum compulit. Deinde nescio cur dixerit adversarius noster, quod hic auctor pro acerrimo odio, quo Maronitas prosequebatur, causas illos redarguendi, per fas et nefas, invenire studens, duarum in Christo voluntatum sententiam, ut magnam hæresim aliquibus ex ipsis impegerit, postquam dixerit, illum per hos intelligere eos, qui Francos sequuti sunt, et nullimode voluerit adversarius noster cogitare, studium partium auctoris illius, erga hæresim suam, induxisse eum, ad sententiam unius in Christo voluntatis, aliquibus ex Maronitis impigendam, dum hoc potius erat cogitandum. At quidquid de illo auctore sit, hoc certum est, Josephum David ipsum esse

برغب حلالا ام حراما ان يصم الموارنة بارطقة

فان صحت رواية خصمنا عن كتاب تعليم اليعاقبة كانت شهادته مردودة لكذبه العمدي او جهله · ولنا ان نثبت كونها محرفة بادلة · الاول انه قيل في كتاب تعليم اليعاقبة في محل اخر ان الموارنة يعتقدون المشيئتين وهاك قوله «« فنقول ان مارون كان اعلم من السيد المسيح بذاته وبسر اتحاده اي متى سمعنا المسيح قال ان لي طبيعتين او مشيئتين »» فهذا القول رواه مرهج بن نمرون الباني في مقالته في اصل الموارنة وجه ٤١ عن نسخة لهذا الكتاب كانت في مدرسة الموارنة في رومة وعنها نفسها قال الخصم ان رينادوسيوس لم يصب بريبته بصحتها (فان كلام رينادوسيوس في المحل الذي عينه الخصم على هذه النسخة نفسها كما يظهر لمن طالعة) ورواه ايضا يوسف اسطفان بطريركنا في كتابه في قداسة يوحنا مارون قسم ٣ فصل ٤ والعلامة بطريركنا في الدر المنظوم · فهل قال كتاب تعليم اليعاقبة الضدين وهبه قالهما فتسقط شهادته

الثاني ان النبذة الاولى التي استشهد بها الخصم رواها كثيرون هكذا

qui, per fas et nefas, vult Maronitis hæresis notam impingere.

Ex his igitur omnibus concludimus, quod etiamsi id, quod adversarius, ex catechismo Jacobitarum, refert, verum esset, confutatum tamen remaneret eo, quod auctor in eo referendo, aut mendax fuerit, aut rei veritatem ignoraverit. At nobis in promptu est etiam, pluribus rationibus, demonstrare hoc ipsum esse aliquid spurium. Et primo. Alio Jacobitarum catechismi loco dicitur, quod Maronitæ duas voluntates profiterentur, uti ex sequentibus patet *« dicimus autem Maronem fuisse « doctiorem Domino circa semetipsum, et circa misterium suæ unionis: quandonam « audivimus Christum dixisse: ego habeo duas naturas, vel sunt mihi duæ voluntates ? »* Hæc verba refert Faustus Naironius, in Dissertatione de Orig. Maronit. pag. 41. ex exemplari hujus libri, qui asservabatur in Collegio Maronitarum de Urbe, de quo præcise dixit adversarius, immerito dubitasse Renaudautium de ejus authentia (Renaudautii sermo, loco ab adversario indicato, de hoc ipso exemplari est, uti legenti patet). Idem refert Patriarcha noster Josephus de Stephanis, in opere de sanctitate Joannis Maronis Part, 3. Art. 4. et Eruditissimus Patriarcha noster vivens, in opere Aldorr-ul-Manzum. Anne duo contraria dixit auctor catechismi ? si hoc, jam cadit testimonium ex eo desumptum.

Secundo. Quod ex primo loco catechismi Jacobitarum refert adversarius, id

((ما رضيوا الطوايف ان يامنوا حتى قلتم انتم يا موارنة طبيعتين وجوهرين ومشيتين)) وممن رووها كذلك مرهج بن نمرون الباني في المحل المذكور انفا . والبطريرك اسطفانوس الدويهي الاهدني في مولفه في اصل الموارنة ك ٢ فصل ٦ (وزاد ,, وبعضكم قال مشية واحدة ,, وفسر ذلك بان مولف تعليم اليعاقبة خدعه بهذا كتاب توما الكفرطابي الذي ادعى انه ماروني او اراد نفرا من الموارنة ضلوا فقالوا بالمشية الواحدة) ثم المطران اسطفانوس عواد السمعاني في كتابه اعمال الشهدا الشرقيين والغربيين مج ٢ وجه ٤١١ والبطريرك يوسف اسطفان في المحل المار ذكره انفا والعلامة بطريركنا في الدر المنظوم . لعمرك الاولى ان نرى ان النسخة التي اعتمد عليها الخوري يوسف داود محرفة او روايته غير صحيحة من ان نرى ان هولا العلما ومنهم ثلثة بطاركة تواطئوا على تحريف هذه الرواية من كتاب كان بين ايدي اكثرهم في اوقات متباينة ولم يكن مقصدهم كمقصدي رد شهادته بل استشهدوه للبرهان على ان الموارنة ليسوا من اصحاب المشية الواحدة وهم غنيون عنه بشهادات

multi sic referunt « *Noluerunt profecto nationes credere donec dixistis vos, o Ma-* « *ronitæ, duas naturas, duas substantias, et DUAS VOLUNTATES* » Eodem modo id retulerunt Faustus Naironius loco supra citato, Patriarcha Stephanus Aldoensis Edenensis, in opere de Origine Maronitarum, lib. 2. c. 6. (qui addidit ,, *nonnulli etiam ex vobis dixere unam voluntatem*,, innuens auctorem catechismi in hoc deceptum fuisse libro Thomæ Caphartabensis, qui se Maronitam simulavit, aut per hoc voluisse paucos individuos, qui in errorem lapsi, unam voluntatem professi sunt) Deinde Stephanus Evodius Assemanus in actis Martyrum Orientalium, et Occidentalium Tom. 2. pag. 411. et Patriarcha Josephus de Stephanis loco superius citato, et præclarissimus vivens Patriarcha noster, in Aldorr-ul-manzum. Sane rationabilius est dicere, exemplar, ex quo Josephus David citationem suam desumpsit, interpolatum fuisse, aut citationem ejus apocrypham esse, quam cogitare, hos auctores, quorum tres Patriarchæ, convenisse in adulterando hunc locum libri, quem omnes, excepto ultimo, præ manibus habuerunt diversis temporibus, dum non intendebant, uti ego, testimonium ex hoc loco depromptum confutare, sed illum locum citaverunt ut probarent, Maronitas non fuisse Monothelitas, dum, illo non indigebant, sed innumerabilia, ad hoc probandum, illis in promptu erant testimonia,

لا تنقذ كما رايت في هذا الكتاب

الدليل الثالث قد جات اقوال اخرى في كتاب تعليم اليعاقبة تبين اتحاد مارون والموارنة مع الافرنج اي اللاتينيين خلافا لاصحاب المشية الواحدة . فمن ذلك ما رواه السمعاني في المكتبة الشرقية مج ١ وجه ٤٩٩ عن نسخة هذا الكتاب التي كانت في مكتبة مدرسة الموارنة في رومة وهذه حروفه « حينئذ قام (يوحنا) مارون ووافق ملك الافرنج الذي في انطاكية وكان اسمه اوجان برنس وقال له ياملك الزمان نحن خايفون على جبل لبنان ليلا تدوره طائفة الملكية الى امانتهم فقل للكردينال الذي عندك والزمه يكرزني مطران حتى امسك بعض ناس على امانة الفرنجية » وذكر هذه الرواية باجيوس ايضا في تاريخ سنة ٦٣٥ عد ١١ . والخصم نفسه فسر كلمة الافرنج باللاتينيين وقدمنا ان الكنيسة اللاتينية لم يصمها احد ببدعة المشية الواحدة فاذا هذا اقرار من مولف تعليم اليعاقبة بان الموارنة منذ بدئهم وافقوا الكنيسة اللاتينية في اعتقاد المشيتين والحاصل اعتبر كيف شئت رواية كتاب تعليم اليعاقبة التي حكاها خصمنا كاذبة او محرفة او ينسخ احد اقوالها الاخر ففي كل الاحوال لا

uti hucusque jam vidimus.

Tertio. Alia loca sunt in catechismo Jacobitarum, ex quibus patet unio Maronis, et Maronitarum cum Francis, seu Latinis, secus ac cum Monothelitis. Ex his est locus, quem Assemanus Bibl. Or. Tom. I. pag. 499. ex exemplari hujus libri, quod in Bibliotheca Collegii Maronitarum Urbis erat, refert sequentibus verbis « *Tum vero emersit* (Joannes) *Maro, qui cum Francorum, seu Latinorum, Antiochiæ commorantium Principe Eugenio conspiravit, contra Melchitas his illum verbis adortus; o temporis istius rerum domine, vereor ne Montis Libani incolæ, per Melchitarum factionem ad eorum sectam pertrahantur. Rem itaque cum Cardinale, qui apud te versatur esse transigendam dico, dandamque operam ut ipse me Metropolitam instituat. Futurum enim confido, ut hac via in Latinorum fide aliquos contineam* » Hoc idem refert etiam Pagius, ad annum 635. N. 11. et ipse adversarius per Francos, Latinos significavit, et jam diximus nullum accusasse Latinos de monothelismo, ergo hoc continet confessionem auctoris Catechismi Jacobitarum de eo, quod Maronitæ, ab initio, conformes fuissent Latinis, in professione duarum voluntatum. Uno verbo, quocumque modo sumpseris testimonium auctoris Catechismi Jacobitarum, ab adversario citatum, minirum sive uti mendax, aut uti spurium, vel quatenus ab aliis contradictum, nullo modo invenies illud, contra nos,

تصلح شاهدا علينا

قال خصمنا باثر مامر « والاعظم من هذا انه (اي زعم السمعاني) يخالف شهادة مقررة لا ترد هي شهادة الحبرين الرومانيين اينوشنسيوس الثالث واوجانيوس الرابع اللذين ارتد الموارنة الى مركز الدين الكاثوليكي على يديهما » وعلق حاشية باثر ذكره البابا اينوشنسيوس الثالث قال فيها « ان اينوشنسيوس الثالث في رسالته الى بطريرك الطائفة المارونية واساقفتها سنة ١٢٠٧ المفتتحة ,, ولانه بالحكمة الالهية ,, (كتاب البرات لجمع انتشار الايمان مج ١ من الحاشية وجه ١) خاطبهم هكذا » ,, ولانكم كنتم قبلا خرافا ضالة لم تفهموا فهما قويما ان للمسيح عروسا واحدة وحمامة واحدة مقدسة هي الكنيسة الكاثوليكية وان الراعي الحقيقي واحد هو المسيح وبعده وبه بطرس الرسول نائبه .... ارسلنا حديثا الى اصقاعكم سفير كرسينا الرسولي فرجعتم الى راعيكم وحبر كنايسكم ,, وفي وجه ٢ قال ,, من حيث ان الكردينال المذكور وجد ان عندكم ذلك الانتقاص في بعض

---

aliquid evincere.

Sequitur adversarius citationes suas dicens « Et quod omnium gravis-
« simum est (quod opinio Assemani sit) contra incontestabilem adeo,
« et irrefragabilem auctoritatem Romanorum Pontificum, Innocen-
« tii III. et Eugenii IV. qui Maronitarum regressum ad Veritatis
« Catholicæ centrum exceperunt » Et ad Innocentii mentionem apponit no-
tam in qua dicit « Innocentius III. in litteris ,, *quia Divinæ sapientiæ*,, ad
« Patriarcham, et Episcopos Nationis Maroniticæ datis an. 1207.
« ita eos alloquitur (Bullar. de Prop. Fide app. Tom. I. pag. 1.)
,, *nam cum olim essetis quasi oves errantes, non recte intelligentes unam existere*
« *christi sponsam, atque columbam sanctam, scilicet Ecclesiam Catholicam, unum*
« *et esse verum Pastorem, Christum scilicet, et post ipsum, ac per ipsum Apostoli-*
« *cum ac Vicarium ejus Petrum etc...dudum, transmisso a nobis ad partes vestras...*
« *Apostolicæ sedis Legato, conversi fuistis ad Pastorem vestrum, et Episcopum ec-*
« *clesiarum vestrarum*,, et pag. 2. ,, *quia vero, ait, prædictus Cardinalis quibus-*
« *dam intellexit vos pati defectum illum, in vobis Apostolicæ auctoritatis plenitu-*

الامور فاهتم باعاضته عندكم بعلوه السلطان الرسولي امراان...... تعترفوا ان في
المسيح مشيئتين الهية وبشرية ،، واخيرا في وجه ٣ قال ،، ولارادتنا ان نحسن
الى شعبك المرتد حديثا الى طاعة الكنيسة الرومانية احسانا خاصا نمنحك بالسلطان
الرسولي ،، والخ »

اقول ان رسالة البابا اينوشنسيوس الثالث هذه لايجهلها خبير بهذه الامور
من علمائنا وغيرهم ولا يجهل ما وقع بها من خطا الفعل كما يسمونه بيان ذلك
ان البابا اينوشنسيوس الثالث ارتقى ذرى الرياسة العظمى سنة ١١٩٨ فارسل
بطرس كردينال دير القديس مرشلوس الى الامصار الشرقية فاجتمع به في
اطرابلس البطريرك ارميا العمشيتي ويوسف اسقف دير مار اسيا وتاوادوروس
اسقف كفرفو وغيرهم من كهنة وشمامسة نحو سبعين نفسا فتلوا صورة اقرارهم
بالطاعة للبابا اينوشنسيوس الثالث وخلفائه في الكرسي الروماني وببعض
العقايد الدينية المخالفة معتقدات الاراطقة الشرقيين . وجحد حينيذ بعض الملكية
في اطرابلس اغلاط الروم بحضرة الكردينال المذكور فاعلم الحبر الاعظم مرسله
ما جرى على يده غير مميزين من اقر بتلك العقايد تقريرا لايمانه ومن اقر

« *dine supplere curavit, injungens ut..,.duas in domino confiteamini voluntates,*
« *divinam scilicet, et humanam.,,* denique pag.3. ,, *volentes autem,* ait,... *po-*
« *pulo tuo naviter ad obbedientiam Ecclesiæ Romanæ reverso gratiam facere spe-*
« *cialem, auctoritate tibi Apostolica indulgemus, etc.* ,, »

Nemo scriptorum nostrorum, aliorumque in rebus hujusmodi eruditus, hanc Innocentii III. epistolam, aut quid erroris facti, uti ajunt, in ea evenerit, ignorat. Demonstratur hoc sequentibus: Innocentius III. an. 1198. Cathedram Petri ascendens, Petrum S. Marcelli Cardinalem, ad Orientales plagas misit, hunc cum Tripolim Syriæ pervenisset, Hieremias Amscitensis Maronitarum Patriarcha, Joseph Episcopus Monasterii S. Osii, Theodorus Episcopus Cafarfu, aliique Maronitarum Presbyteri et diaconi, numero circiter septuaginta, convenerunt, et coram eo obedientiam Innocentio III, et ejus, in sede Romana, successoribus, et fidem, de aliquibus articulis Orientalium hæreticorum professioni contrariis, professi sunt; eodem tempore nonnulli Melchitæ, Tripoli, Græcorum errores abjuravere coram Cardinale supradicto, qui Pontificem, qui eum miserat, de eo quod evenerat certiorem fecit, quin distingueret inter eos, qui illos articulos ad propriam fidem confirman-

بها جحودا لضلاله . فكلامه الغير المنفصل اوجب ان تكون رسالة هذا الحبر الاعظم غير منفصلة بين الموارنة والروم المذكورين فان كلام الحبر الاعظم فيها على الروم والموارنة كما يظهر من قوله فيها قبل اول العبارات التي رواها الخصم وهو ((اخيرا رشهم بطل نعمته السموية بجزيل رافته وخوطهم استقامة المسلك في سراط الحق كما بلغنا فرحين انه جرى لكنيسة الروم ولكم في هذه المدة لانكم كنتم قبلا خرافا ضالة)) الخ

وهاك البينة على صحة ما رويناه . ليت شعري هل الاحبار الاعظمون الذين انبتوا بعبارات صريحة وقرظوا باقوال انيلة فصيحة ثبوت الموارنة ممر الاعصار على الايمان الكاثوليكي جهلوا رسالة البابا اينوشنسيوس هذه ولم يهتد اليها الا الخوري يوسف داود وقد رايت كم جمعنا من اقوالهم الصريحة في اثبات هذه الحقيقة في الفصل الاول من هذا الكتاب فجميعها يرد او يفسر ما استشهد علينا من كلام البابا اينوشنسيوس الثالث بهذه الرسالة . وكان لنا ان نستعيض بشهاداتهم عن كل ما سواها ونعم المعتمد ولكن رغبتنا في زيادة التحقيق تجعلنا

---

dam professi fuerant, ab iis qui, errorem abjurando, id fecerunt. Sermo igitur ejus, sine distinctione, causa fuit, ut hujus Pontificis Epistola, inter Maronitas, et Græcos supracitatos, non distinxerit. In ea enim Epistola, summus Pontifex de Græcis et de Maronitis, indistincte, loquitur, uti patet ex eo quod in ipsa, ante primum coma, ab adversario citatum, dicit: « *Tandem per misericordiam suam* (Deus) *ma-*
« *gnam celestis gratiæ rore ambulare fecit per illustratam semitam veritatis: quod*
« *de Græcorum ecclesia et vobis nuper factum novimus et gaudemus. Nam cum*
« *olim essetis, quasi oves errantes. etc.*

En tibi probationem veritatis assertionis nostræ: anne credibile est, summos Pontifices, qui clarissimis confirmaverunt, et amplissimis perpetuam Maronitarum, in fide catholica, constantiam, prosequuti sunt, verbis, hanc Innocentii III. epistolam ignorasse, et neminem, illius notitiam, præter Sacerdotem Josephum David, habuisse? Minime gentium, præsertim postquam vidit lector quot, ex eorum clarissimis verbis, in primo hujus libri articulo, ad hujus rei veritatem adstruendam, attulimus testimonia. Etenim tota hæc confutant, aut explicant id, quod contra nos, ex Innocentii III. in hac epistola verbis, adducitur. Solis illis Pontificum testimoniis, præ aliis, inniti poteramus, et sane præclarum fulcrum nemo inficiatus fuisset; sed

لا نجتزي بها ولا باقوال العلما التي رويناها في الفصل الثاني ولا بالادلة البينة التي اقمناها في الفصل الثالث فنتبع كل ذلك بحجج اخرى

هوذا ما قاله الاب ابرونيموس دنديني اليسوعي وقد ارسله البابا اكليمنضوس الثامن الى الموارنة للفحص عن امور كذا وعقد الموارنة بحضرته مجمعا سنة ١٥٩٦ وافرط في الاستقصا والتنقيب وخلف لنا في كتاب سفارته راس ٢٨ ما امين ترجمته ((ان برات الاحبار الاعظمين جعلتها الاخبار الكاذبة التي بلغوها تنشا باسلوب تراها به. وقد وجدت الامر كذلك لما امعنت النظر في كتبهم الصحيحة ورايتها مفعمة من الحقايق الكاثوليكية ولما لم يصنع غيري ما صنعته من التبصر والتاني في فحص الكتب بما يلزم من الاجتهاد فلا عجب ان عاد اوليك القصاد الى رومة باخبار تخالف ما ذكر خاصة عند تلاوتهم شهادة الاحبار الاعظمين ومن اراد معرفة الحق بهذه الشهادة فعليه ان يلاحظ ان جميع البرات نسخت حرفا فحرفا عن رسالة اينوشنسيوس الثالث وكلام هذه الرسالة ليس في الموارنة وحدهم بل في الروم ايضا اذ ادوا حينيذ الكنيسة الرومانية

desiderium amplioris probationis facit, ut nec istis, neque testimoniis auctorum, quæ in articulo secundo, neque indiciis claris, quæ in articulo tertio, retulimus, contenti simus; ac proinde his omnibus, alia argumenta, subjungimus.

Et imprimis R. P. Hieronimus Dandini S. J. cum a Clemente VIII. ad Maronitas missus esset, ut de Materiis hujusmodi inquireret, et in ejus præsentia an. 1596. Maronitæ Synodum cœgissent, attente inquirendo omnia examinavit, et in capite 28. Missionis suæ Apostolicæ ad Patriarcham et Maronitas Montis Libani sequentia scripsit « *Bullæ* (ex originali Italico, simplicitate dictionis ejus servata vertimus) « *Sanctissimorum Summorum Pontificum illa forma scriptæ fuerant juxta falsam* « *informationem habitam.... Etenim clare detexi ita se rem habere, quoniam in libris qui pro propriis* (a Maronitis) *habebantur videram quod omnes pleni essent veritatibus catholicis, qua distinctione, et electione cum non essent cum tali diligentia alii usi, non est mirum si reversi sint Romam cum informationibus sic diversis, præsertim legendo testimonium tot summorum Pontificum, cujus qui voluerit* « *cognoscere veritatem, debebit observare, quod omnes aliæ Bullæ extractæ fuerunt* « *ab illa Innocentii* III., *imo eam retulerunt iisdem verbis, et illa non loquitur de* « *solis Maronitis, sed de Græcis etiam, qui tunc una cum illis Tripoli professi fuerunt solemnem obedientiam Ecclesiæ Romanæ præsente Cardinali S. Marcelli,*

الطاعة مع الموارنة جملة في مدينة اطرابلس امام كردينال دير القديس مرشلوس الذي كان سفيرا رسوليا في الامصار الشرقية فانما هذا احدث اعزا اغلاط طايفة الى اخرى » وقال في الراس ٢٨ المذكور ايضا « واما اعتقادهم (اي الموارنة) ان في المسيح اقنوما واحدا وهو الاقنوم الالهي وطبيعتين ومشيئتين وفعلين احدهما الهي والاخر بشري فقد طالعت بنفسي شهادات عديدة في كتبهم الصحيحة والحقيقية تثبته خير الثبات فاجدت على بتعزية كبرى ووجدت بعض تاليف بهذه الحقيقة على حدتها وقد برهنت فيها تلك العقيدة الى الوضوح ببراهين كثيرة ونقول وافرة من العهدين الجديد والقديم ومن الابا القديسين الروم واللاتينيين » وارجع الى شهادة اخرى له رويناها في الفصل الثاني اول كتابنا هذا

ان الاب توما الكرملي بعد ان اعزى الى الموارنة اغلاطا كالمذكورة في رسالة البابا اينوشنسيوس الثالث قال في كتاب ٧ من مولفه في ارتداد الامم قسم ١ راس ٢٢ ما ترجمته « لقد حفظ عند بطريرك الموارنة بمعظم الحرص برات باباوية من اينوشنسيوس الثالث وغيره من الاحبار الاعظمين الذين ارسلوا اليهم تارة كردينال دير القديس مرشلوس وطورا غيره . ولما كانت

« *Apostolico S. Sedis, in illis Orientis partibus, Legato, et sic faciliter intelligitur,* « *quod hæc fuerit causa, ob quam, errores unius Nationis alii impositi fuerunt* » Et antea in eodem capite dixerat « *Inveniri in Christo unam personam, et hanc esse* « *divinam, cum duabus naturis, duabus voluntatibus, et duabus operationibus una* « *divina, et alia humana. Legi ego ipse, de hoc, magna cum consolatione mea,* « *amplum testimonium in eorum* (Maronitarum) *veris, et legitimis libris, et inveni* « *aliquos eorum compositos de hac una veritate, quæ inveniebatur evidenter de-* « *monstrata pluribus rationibus, et multo numerosioribus auctoritatibus novi et* « *veteris testamenti, et Sauctornm Patrum tam Græcorum, quam Latinorum* » Vide etiam aliud testimonium, a nobis in secundo hujus libri articulo, relatum.

Pater Thomas Biatiensis Carmelita, postquam Maronitis tribuit errores similes iis, qui in Innocentii III. epistola tributi continentur, in opere „*de procuranda salute omnium gentium*„ lib. 7. part. 1. cap. 22. dixit « *Cæterum apud Patriarcham* « *diligenter asservantur diplomata Pontificia Romanæ Sedis, jam inde usque ab* « *Innocentio* III. *et deinceps a reliquis Pontificibus, qui ad eos, vel Legatum aliquando Cardinalem S. Marcelli, vel alios miserunt, cum in litteris Pontificiis olim*

رسايل الاحبار الاعظمين حذرت الموارنة قبلاً من ان يتشبثوا مع الروم ببعض الغوايات بل ان ينبذوها عنهم توهم بعض المرسلين من المدينة العظمى ان الموارنة متمسكون بالاضاليل نفسها المتمسكة بها كثير من الروم كانبثاق روح القدس من الاب وحده وانكار المطهر وما اشبه من العقايد لكن الموارنة لم يوضحوا فقط انهم منزهون عن تلك الغوايات بل برهنوا ايضاً ان في كتبهم وليتورجياتهم اموراً كثيرة تثبت العقايد الكاثوليكية قطعي الاثبات وذلك مشهور بلا مراء في فروض الموتى عندهم على مدار السنة لا بل انه لما كانت كتب كثيرة بذرت بين الموارنة بحيل اصطنعها اليعاقبة المتمسكون بارطقات ليست يسيرة قد عرض ان من وجد تلك الكتب عند ارساله من المدينة العظمى توهم ان تلك الغوايات للموارنة وهي حقيقة لليعاقبة ولما سيلوا عن ذلك براوا نفوسهم منه)) ولعمري ان هذا من جملة ما قال فيه البابا باناديكتوس الرابع عشر في رسالته الى نيقولاوس لاركاري في ٢٨ ايلول سنة ١٧٥٣ ((قد اثبت الموارنة ان اصل تسميتهم من القديس مارون وانهم لم يزيغوا عن الدين الكاثوليكي البتة ولم ينفصلوا عن وحدة الكنيسة قط. وزادوا ايضاً ان تجديدهم الاتحاد مع الكنيسة لا ينبغي ان يناول البتة الى معنى انهم غادروا

« *admoniti fuissent Maronitæ, una cum Græcis, ne aliquos errores tenerent, sed ab-* « *jicerent, factum est, ut a quibusdam, qui eo ex Urbe commigraverunt, existima-* « *rentur, iisdem Maronitæ erroribus teneri, quibus plerique Græci implicarentur,* « *nimirum processionis Spiritus Sancti a Patre dumtaxat, negationis Purgatorii,* « *et aliorum hujusmodi dogmatum; at Maronitæ ingenue testati sunt ab iis errori-* « *bus se esse alienissimos, verum etiam plura in suis libris, ac lithurgiis demons-* « *trarunt, quibus et catholica dogmata constanter tuentur, et reipsa in anniversa-* « *riis ceterisque defunctorum officiis crebri sunt. Quin etiam cum astu Jacobitarum,* « *apud quos non paucæ sunt hæreses, varii libri disseminati fuissent inter Maroni-* « *tas, accidit, ut qui eos reperit, dum ex Urbe missus est, putaret Maronitarum esse* « *errores, qui revera sunt Jacobitarum, quamobrem conquæsti sese purgarunt* » Sane hoc idem inter alia intendit Benedictus XIV. in Epistola ad Nicolaum Lercari die 28. Septembris an. 1753. data, ubi dicit « *Affirmant Maronitæ a S. Abbate Ma-* « *rone se originem ducere, et a Catholica religione numquam recessisse, et ab Ec-* « *clesiæ unitate se numquam disjunxisse; addunt præterea quod, cum ipsi unionem* « *cum Ecclesia Romana renovaverint, id minime interpretari debere quasi Catholi-*

الدين الكاثوليكي وقتا ما ثم ارتدوا اليه » وقد صادق هذا الحبر الاعظم وايد اثباتات الموارنة هذه كما سترى عند ردنا استشهاد الخصم به حيث نذكر اكثر عبارات هذه الرسالة

وقد قدمنا ايضا بينات تثبت عن قرب ما نحن الان مثبتون وهي ما رويناه عن ثقاة من ان بطريركنا يوسف الجرجسي . طلب بقاصده مع وفود الملك غودفريد التثبيت سنة ١٠٩٩ من الحبر الاعظم فارسله اليه البابا بسكاليس الثاني وان بطريركنا غريغوريوس الحالاتي جدد اقراره بالطاعة للبابا اينوشنسيوس الثاني سنة ١١٣١ على يد الكردينال غوليلموس فكيف يصدق القول برجوع الموارنة الى الايمان الكاثوليكي على يد الكردينال بطرس سنة ١٢٠٧ لولا غلط الاخبار ثم ان الخصم نفسه افرغ جهده ليثبت ان الموارنة ارتدوا الى الكنيسة الكاثوليكية سنة ١١٨٢ على يد ايمريكوس بطريرك انطاكية اللاتيني فكيف يوفق هذا مع ما يظهر مما استشهده الخصم من رسالة البابا المذكورة انهم ارتدوا على يد بطرس الكردينال سنة ١٢٠٧ وكيف لم يامرهم البطريرك ايمريكوس ان يعترفوا

« eam religionem aliquando deseruerint; iterumque ad ipsam reversi fuerint » His Maronitarum affirmationibus subscripsit summus hic Pontifex, easque confirmavit, uti videbis quando confutabimus adversarium eum citantem, ubi majorem hujus epistolæ partem referemus.

Jam præmisimus etiam plura argumenta, quæ assumptum nostrum evincunt, in eoque consistunt quod ex fide dignis retulimus, Patriarcham scilicet nostrum Josephum Georgesæum an. 1099. per Legatum suum cum Legatis Godofredi Regis missum, a Summo Pontifice Pallium petiisse, quod ei Pascalis II. Papa misit; et Patriarcham nostrum Gregorium Halatensem professionem obedientiæ an. 1131. Innocentio II. Papæ, per Cardinalem Gulielmum renovasse, quomodo igitur vera esse potest assertio, quod Maronitæ an. 1207, per Cardinalem Petrum, ad Catholicam fidem conversi fuissent, nisi supponatur error relationum ? Pariter adversarius ipse omnem operam impendit in adstruendo, Maronitas ad Ecclesiam Catholicam, an. 1182. per Haimericum Antiochenum Latinorum Patriarcham, conversos fuisse, quomodo igitur conciliatur hoc cum eo, quod retulit adversarius ex supra dicta Pontificis epistola quo probetur illos per Cardinalem Petrum an. 1207. conversos fuisse, et quomodo Haimericus Patriarcha non jussit eos profiteri summi Pontificis Primatum, et duas in Christo esse

برياسة الحبر الاعظم وبالمشيئتين بالمسيح وما اشبه الى ان اهتم بطرس الكردينال
بذلك . فكل ما مر يزيل كل اشكال ويثبت قطعي الاثبات ان ما ورد في رسالة
البابا اينوشنسيوس الثالث خلافا لاستمرار الموارنة الدايم على الايمان الكاثوليكي
انما مصدره الاخبار الكاذبة وما ادراك حالة تلك الايام . ومن اثر الاطلاع على
اكثر مما جينا به فليطالع الكتابين الثاني والثالث من مولف البطريرك
اسطفانوس الاهدني في اصل الموارنة والاحتجاج عنهم

علق خصمنا حاشية اخرى باثر ذكره البابا اوجانيوس الرابع قال فيها
«ان اوجانيوس الرابع قال في براءته المفتتحة „ وتبارك الله „ في تكملة المجمع
الفلورنتيني في لاتران متكلما في اندراوس مطران رودس والسفير
الرسولي ما نصه „ وانه رد على الايمان الارثودكسي الياس اسقف الموارنة الذي
كان ملتطخا مع طايفته في تلك المملكة بعقيدة مكاريوس مع وفرة الشعب
والاكليروس في جزيرة قبرس الخاضعة له „ الى ان قال „ وان الياس
اسقف الموارنة ارسل الينا سفيرا ليودي الاقرار الاحتفالي بايمان الكنيسة

voluntates et similia, donec horum negotium sumpserit Cardinalis Petrus? Itaque id, quod retulimus, omnem difficultatem amovet, et peremptorie probat, ex falsis relationibus provenire omne id, quod in epistola Innocentii III. contra perpetuam Maronitarum, in fide Catholica constantiam, continetur. Circumstantiæ autem illorum temporum satis et ultra notæ sunt. Qui tamen plura et fusius quam retulimus videre cupit, primum et secundum, operis Patriarchæ Stephani Aldoensis, de origine et vindiciis Maronitarum, adeat librum.

Postquam Eugenium IV. memoravit adversarius, aliam apponit notam, in qua dicit « Eugenius IV. in Constitutione ,, *Benedictus sit Deus* ,, in Late-« ranensi prosecutione Concilii Florentini (edit. Justiniani pag. « 387.) agens de Andrea Archiepis. Coloss. legato Apost. ait: ,, *Heliam episcopum Maronitarum qui cum sua Natione Macarii dogmatibus in eo-« dem regno infectus cum omni multitudine populorum, et clericorum in insula « Cypri ei subjecta, ad veritatem fidei Orthodoxæ.... convertit* ,, pergit: ,, *Helias « vero Maronitarum episcopus nuncium de fide Romanæ Ecclesiæ....solemnem pro-« fessionem* (emissurum) *ad nos usque* (misit).,, tum refert professionem

الرومانية » ثم ذكر صورة الاقرار الذي جرى من قبل تيموتاوس
متريبوليط الكلدان فقال » واشبه بهذا الاقرار ما تلاه ولدنا العزيز بالمسيح
اسحق سفير الاخ المحترم الياس اسقف الموارنة نيابة عنه وعلى اسمه جاحدا
ارطقة مكاريوس بان في المسيح مشية واحدة » ولذا قال العلامة البابا
بناديكتوس الرابع عشر في براءته المفتتحة » قد وردت » عد ٥
» ان اوجانيوس الحبر الاعظم عند عودته من فلورنسا الى رومة بلغ اليه سفرا
ملك الحبشة ورد على طاعة الكرسي الروماني السريان والكلدان والموارنة »
فقد شهد اذاً احبار الكنيسة الرومانية ان جميع فروع طايفة
السريان عادوا بنوع واحد الى طاعة هذه الكنيسة المقدسة فلا
يحق للموارنة ان يدعوا مزية فخر على اخوانهم السريان والكلدان »
اقول من البين بديهي النظر الى ما رواه الخصم من كلام البابا اوجانيوس
الرابع ان هذا المقال انما هو في الموارنة الذين كانوا في قبرس واسقفهم الياس
لا في الطايفة المارونية باجمعها ويويد ذلك ما رواه من كلام البابا بناديكتوس

« emissam ex parte Timothei Metropolitæ Caldæorum, et pergit:
,, *Similem per omnia professionem dilectus in Christo filius Isaac nuncius Venera-*
« *bilis Fratris Nostri Heliæ episcopi Maronitarum ipsius vice et nomine, reprobando*
« *Macarii de unica voluntate in Christo hæresim, cum multa veneratione emisit.*,,
« hinc eximius Pontifex Benedictus XIV. in constitutione ,, *allatæ*
« *sunt* § 5.,, (Bullar. Rom. Tom. III. pag. 344.) ait: ,,*Eugenius Pontifex,*
« *Florentia Romam profectus, legatos etiam Regis Aethiopum excepit; ac Syros,*
« *Chaldæos, et Maronitas ad obedientiam Romanæ Sedis redegit.*,, Testibus igi-
« tur Præsulibus Ecclesiæ Romanæ, omnes Syrochaldaicæ familiæ
« gentes eadem ratione ad obedientiam hujus Sanctæ Ecclesiæ re-
« dacti sunt, neque Maronitæ præ ceteris suis connationalibus Syris
« atque Chaldæis possunt in hoc aliquem gloriæ titulum sibi vin-
« dicare. »

Quo primum oculos quis injecerit in id, quod adversarius ex Eugenii IV. Papæ verbis retulit, clare ei patefit de Maronitis, qui in insula Cypri erant, et eorum episcopo Helia, non jam de tota Maronitica gente in generali, sermonem esse. Hoc confirmatur ex eo, quod adversarius retulit etiam, ex verbis Benedicti XIV. ex quo

الرابع عشر ايضا الذي رايت في الفصل الاول وغيره كم اتينا من كلامه بعبارات
مصرحة بثبوت الموارنة كل حين على الايمان الكاثوليكي وعدم زيغانهم عنه
بخطة البتة فهل يكذب هذا الحبر العلامة قوله بقوله كلا لعمري . ولهذا لو
سلمنا بصحة كل ما رواه خصمنا فلا ينيله مآربا من اثبات زعمه ان الموارنة تلطخوا
بارطقة المشية الواحدة ولا تشان الطائفة باجمعها . كما لم يشن الكنيسة اللاتينية
لحوق بعض بنيها بارطقات لوتاروس وكلوينوس وغيرهما وارتداد بعضهم لا
يثبت عليها لحوقها بالبدع المذكورة

ان ما مر لا يحتاج بينة لانه ليس الا بيان مفهوم ما رواه الخصم ومعناه ظاهر
دون تكلف او اقامة برهان . ومع هذا ناتيك ببعض ما يثبته . ان بطريركنا
يوحنا الجاجي ارتقى البطريركية الانطاكية قبل انعقاد مجمع فلورنسا فارسل
يوحنا رئيس رهبان القدس في بيروت الى البابا اوجانيوس الرابع ملتمسا منه
درع الرئاسة والتثبيت فمضى وقدم للبابا رسايل البطريرك وروسا الطائفة
واعيانها كجاري العادة وكانت اسما من امضوا تلك الرسايل محفوظة في رومة

Pontifice, quot, in articulo primo, et alibi, claras citationes attulimus, quæ Maronitas, in fide Catholica, semper constantes fuisse, et numquam, ab ea, discessisse, claris verbis demonstrantes, jam vidisti. Anne hic Pontifex sibi ipsi contradicit? Minime sane gentium. Ideoque etsi daremus adversario totum hoc, quod citavit, intentum tamen a se scopum, confirmandi scilicet assertionem suam, qua per fas et nefas vult, Maronitas unius in Christo voluntatis hæresi, maculatos fuisse non pertinget, nec inde opprobrii nota aduritur, tota Natio, uti infamiæ nota adusta non fuit, Ecclesia Latina, propterea quod aliqui ejus filii, Lutheri, Calvini, aliorumque errores sequuti sint, et conversio nonnullorum horum, totam illam, in has hæreses incidisse non evincit.

Quod hic supra dictum fuit, probatione non indiget, quia non est nisi sensus citationis adversarii declaratio, estque patens. Attamen aliqua ex iis quæ id confirmant afferemus. Patriarcha noster Joannes Giagensis, Antiochenum Patriarchatum, paulo ante concilium Florentinum, obtinuit, et Joannem Monasterii fratrum S. Francisci Beryti Guardianum, ad Eugenium IV., Pallium auctoritatis, et confirmationem ab eo petens, misit. Guardianus, itinere facto, Patriarchæ, episcoporum, et Magnatum Nationis, juxta consuetudinem, litteras Pontifici obtulit, et nomina eorum, qui illas litteras subscripserunt, conservata extabant Romæ, usque ad tempus

الى ايام الاسقف جبرائيل القلاعي كما صرح بذلك في رسالة كتبها سنة ١٤٩٤ الى البطريرك شمعون الحدثي بقوله ((ان يمينكم وخطوط ايديكم المرسلة على يد الاب غريفون والاب اسكندر والاب سيمون ما برحت في رومة وقبل هذه المرسلة على يد الاب يوحنا رئيس بيروت ووكيل بطريركم يوحنا الجاجي وسفيره الى مجمع فلورنسا ومن قبله على يد الراهب اوماريكوس ومن قبله على يد الكردينال غوليلموس.... وكان بطريركم يدعى غريغوريوس من حالات.... ومن قبله الملك غوفراد استنقذ القدس ومع سفرايه بلغ وفود البطريرك يوسف الجرجسي الى رومة)) فثبت البابا اوجانيوس الرابع حينئذ يوحنا الجاجي في رياسته على كرسي انطاكية وبعث اليه بتاج وعصا كما صرح به ابن القلاعي ايضا بقوله «« يوحنا الجاجي كان بطرك . اقتبل من البابا تاج وتبارك »» ولما رجع سفير البطريرك اليه وقعت شبهة لحكومة تلك الايام ان المجمع انما انعقد في فلورنسا لاستنقاذ الارض المقدسة وان هذه غاية قدوم ذلك السفير فنالت بالموارنة اضرارا وخسرانا حتى اضطر البطريرك الى الفرار من كرسيه في ايليج الى دير قنوبين (فصار كرسيا له ولخلفايه الى اليوم) ثم استدعى

Episcopi Gabrielis Qlai, uti declaravit ipse, epistola an. 1494. a se, ad Patriarcham Simeonem Hadetensem scripta, dicens: «*Juramentum vestrum, et chirographæ vestra* «*Romam per P. F. Griphonem et P. F. Alexandrum, et P. F. Simeonem missa,* «*adhuc extant Romæ. Et ante ipsa, illa, quæ missa sunt per P. F. Joannem super-* «*iorem Beryti, et procuratorem Patriarchæ vestri Joannis Giagensis, et ejus, ad* «*Concilium Florentinum, legatum, et ante ea, per monachum Aumericum, et ante* «*ea per Cardinalem Gulielmum....et erat Patriarcha vester, nomine, Gregorius de* «*Halat* (Halatensis).... *et ante ea Rex Gufredus Terram Sanctam liberavit, et cum* «*ejus legatis, Patriarchæ Josephi Georgesæi ablegati, Romam pervenerunt* » Tunc Eugenius Pontifex IV. Joannem Giagensem in Patriarchatu Antiocheno confirmavit, eique mitram, et baculum Pastorale misit, uti refert pariter idem Bar-Qlaius dicens «*Joannes Giagensis erat Patriarcha, accepit a Pontifice mitram et benedic-* «*tionem* » Redeunte autem, ad Patriarcham suum, legato, illorum temporum Gubernium suspicatum est, Concilium, ad hoc, Florentiæ, ut Terra Sancta liberaretur, coactum fuisse, et hunc esse finem adventus illius legati, proindeque multa mala, perditionesque passi Maronitæ sunt, adeo, ut Patriarcha e sede sua Ailigii, ad monasterium Cannobin (coenobium) quod sedes ei, et succesoribus ejus evasit, et

البطريرك الاب بطرس من الرهبان المعروفين بالصغار فارسلة الى الحبر الاعظم
شاكرا احسانه منبيا بما جرى له ولطايفته فبعث اليه اوجانيوس الرابع سنة ١٤٤١
برسالة رواها الاهدني كاملة في مولفه اصل الموارنة والاحتجاج عنهم ومنها قوله
«لم نقل هذا لريبة في ثباتكم وثبات طايفتكم بل علمنا انكم لدى لقياكم قصادنا
ابديتم بهجة قلوبكم بطرب ورهجة عظمى فهيجتم الاعدا الى الغضب على بعض
الروسا ونهب بعض وقتل بعض وقاسيتم هذه جميعها بصبر جميل وصح فيكم
قول الرسول انكم صبرتم على نهب اموالكم بفرح عظيم» ثم ان الموارنة سكان
اورشليم ارسلوا الاب البرتوس احد رهبان ماري فرنسيس برسايل الى الحبر
الاعظم يوم انعقاد مجمع فلورنسا فاصحبه البابا اوجانيوس برسالة اخرى الى
الموارنة وروسايهم قاطني المشرق مورخة في ١٧ حزيران سنة ١٤٣٩ رواها
الاهدني بتتمتها في مولفه المذكور استهلالها «اوجانيوس الاسقف عبد عبيد
الله الى الابنا الاحبا الموارنة وامرايهم في اورشليم وساير المشرق» وفحواها
اخباره لهم ما جرى بتوفيق الله من اتحاد الكنايس وتعداد من اقبلوا الى المجمع

---

adhuc est, confugere coactus fuerit. Deinde Patriarcha adscitum ad se P. F. Petrum, Ordinis Minorum, Romam, ad Pontificem misit, ut gratias ei ageret, nomine suo, et id quod ei, et Nationi suæ acciderat, Sanctitati Suæ exponeret, tunc Eugenius IV, an. 1441. epistolam ei misit, quam, Edenensis, per integrum refert, in opere de Origine, et vindiciis Maronitarum, et en sequentia leguntur « *Non quod de tua et Nationis* « *tuæ constantia dubitaremus*, (deficiente textu, ex arabica illius versione hoc ite- « rum vertimus) *hoc diximus, imo novimus vos legatos nostros, magna animi vestri* « *lætitia, et splendore, recipientes, hostes ad iram, contra aliquos Præsules, exci-* « *tasse, ita ut in nonnullos grassati sint, et alios interfecerint, et vos id magna cum* « *patientia sustulisse, et de vobis verificatum esse id, quod Apostolus dixit ,, et ra-* « *pinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis* ,, » Pariter Maronitæ Hierosolymis degentes, P. F. Albertum Ordinis S. Francisci, ad Pontificem, tempore quo Florentinum celebrabatur Concilium, cum litteris miserunt, ac Eugenius Pontifex, hunc P. F. Albertum, alia ad Maronitas, et eorum superiores in Oriente degentes die 17. junii. an 1439. data, comitatus est, epistola, quam Edenensis per integrum, in opere superius citato, sic incipientem refert. « *Eugenius Episcopus, servus ser-* « *vorum Dei, dilectis filiis Maronitis, eorumque Principibus Hierosolymis, et in toto* « *Oriente degentibus etc.* » In hac epistola summus Pontifex narrat eis quid, Deo adjuvante, evenerit, scilicet unionem ecclesiarum, et mentionem facit eorum, qui

ومن رجعوا ومن يومل رجوعهم الى حظيرة الكنيسة المقدسة ويبدي لهم سروره ليسروا معه ويحرضهم ان يعلنوا هذه الامور لساير النصارى سكان المشرق . ولا كلمة ثم تشير الى تحرفهم او بعضهم ضلالا يلزم الاقلاع عنه : ومن هذا كله يظهر تواتر المكاتبة بين الحبر الاعظم و بطريرك الموارنة وشعبه قبيل الوقت المزعوم انهم ارتدوا فيه الى الايمان وكذب اتهام الموارنة بعمومهم بالارطقة سندا الى ما جاء في براءة البابا اوجانيوس الرابع وعبارة البابا بناديكتوس الرابع عشر اللتين استشهد بهما خصمنا

وعندنا البينة ايضا على تبرئة الموارنة سكان قبرس مما يظهر ان براءة البابا اوجانيوس الرابع وعبارة البابا بناديكتوس الرابع عشر توجبانه عليهم . فان ما قيل فيهم محمول على ما رواه المطران اسطفانوس عواد السمعاني (في كتاب محاماته قداسة يوحنا مارون) وهو ان الياس اسقف موارنة قبرس الذي ذكره البابا اوجانيوس كان يروم الانفصال عن سلطة بطريرك الموارنة ويدعي الاستقلال سندا الى انعام اعطيه اساقفة قبرس الا يخضعوا لبطريرك انطاكية واثبته المجمع الافسوسي في عمل ٧ قسم ٢ فجبل الياس الاسقف مشاقا ولما تلا

ad concilium venerunt, et qui ad ovile redierunt, et quorum reditus speratur, et gaudium suum illis patefacit, ut secum gauderent, iisque inculcat, ut hæc omnibus, Orientis Christianis, nota facerent; interim ne verbum quidem, in hac epistola, continetur, quo ipsos, aut eorum partem, aliquo errore infectos fuisse, aut a quo reversi essent, vel converti deberent, affirmetur. Ex hoc ergo colligitur frequentia relationum, per epistolas, inter summum Pontificem, et Patriarcham Maronitarum, populumque ejus, paulo ante tempus, quo dicuntur illi ad fidem rediisse, et falso accusari hæresis Maronitas in genere, ex eo quod legitur in litteris Eugenii IV. et in commate Benedicti XIV. ab adversario nostro citatis.

In promptu etiam habemus argumenta, quibus Maronitæ, Cypri incolæ purgentur de eo, quod litteræ Eugenii IV. et comma, seu phrasis Benedicti XIV. contra eos adstruere videntur. Etenim, juxta relationem Episcopi Stephani Evodii Assemani, in libro cui titulus ,,*apologia pro sanctitate Joannis Maronis*,, quod de his dicitur, per hoc explicatur, quod Helias Episcopus Maronitarum Cypri, cujus Eugenius Pontifex mentionem fecit, ab auctoritate Patriarchæ Maronitarum recedere, et authocephalus evadere, privilegio Cypri Episcopis dato, quo antiocheno Patriarchæ non sint subjecti, et quod Synodus Ephesina act. 7. par. 2. confirmavit, inni-

تيموثاوس مطران طرسوس النسطوري صورة ايمانه بحضرة المطران اندراوس سفير الكرسي الرسولي في قبرس تلا الياس اسقف تلك الجزيرة صورة ايمانه تقريرا لا انشا له وارسل القس اسحق وافدا من قبله الى رومة. فتوهم المطران اندراوس ما توهمه بطرس كردينال دير القديس مرشلوس كما مر وغيره وكتب الى الحبر الاعظم بحسب توهمه محرر ما رايته في موارنة قبرس. دليل ذلك ان البابا اوجانيوس الرابع قد نقش في حياته ما عرض من الامور الجليلة في ايامه واسما الملل التي اقبلت الى الكنيسة على يده على صحايف نحاسية فوق باب كنيسة مار بطرس القديمة كما روى اوراتيوس يوستنيان في الجز الثالث عد ١٦ من كتابه في مجمع فاورنسا فكتب في تلك الصحايف ((هذا تذكر اوجانيوس الرابع الشريف ونفسه السامية وعمله المنيف ان الروم والارمن والحبش واليعاقبة اعترفوا على يده بايمان رومة القويم))

وكذا كتب فوق مدفنه في كنيسة مار بطرس المذكورة

xus cupiebat. Hac de causa, schismate Episcopus Helias adumbratus est, et cum Timotheus Nestorianus Tarsensis Episcopus, professionem fidei, coram Andrea Episcopo, S. Sedis apostolicæ, in insula Cypri, Ablegato emisarit, Helias Maronitarum illius insulæ Episcopus, professionem fidei confirmativam, non inchoativam emisit, et Romam, sacerdotem Isaac, legatum misit, tunc erronee, Episcopo Andreæ, in mentem venit id, quod Petro S. Marcelli Cardinali, et aliis venerat, uti vidimus, et juxta erroneam opinionem suam, ad Pontificem, de Maronitis Cypri, id quod superius vidimus, scripsit. Indicat hoc, quod Eugenii IV. tempore, in valvis æneis Basilicæ S.Petri insculptum fuit, gestarum scilicet rerum illustrium quæ Pontificatus sui tempore evenere, et inter alia, nomina Nationum, quæ per eum, ad Ecclesiam reversæ sunt, uti notat Horatius Iustinianns, in opere, cui titulus, acta S. Oecumenici Concilii Florentini p. 3. N. 16. ubi dicit

,, « *Sunt hæc Eugenii monumenta illustria quarti*
,, *Excelsa hæc, animi, sunt monumenta, sui*
,, *Ut Græci, Armeni, Aethiopes, hic aspice ut ipsam*
,, *Romanam amplexa est, gens Jacobina, fidem* »

Pariter, in ejusdem Eugenii IV. sepulcro marmoreo, in eadem Basilica S. Petri, hi versus leguntur

«بعنايته اتبع الروم مع الارمن والحبش الكنيسة الرومانية في سر الايمان وكذا السريان والاعراب الى حدود اصقاع الهند وهذه عظائم صغيرة بالنسبة الى نفسه الكبيرة»

فتامل ان لا ذكر بتة في هذه الآثار للموارنة او بعضهم . وشهد الاب غريفون البلجي احد رهبان مار فرنسيس المعاصر للمجمع المذكور في رسالة بعث بها سنة ١٤٦٩ من رومة الى الموارنة قايلا «ان الموارنة في اوروبا وقبرس ورودس واطرابلس وبيروت واورشليم من قديم الزمان الى اليوم يدخلون كنايس الافرنج ويقدسون على مذابحهم وبيدلهم ... ويعترفون ويتناولون القربان الاقدس من ايدي كهنتهم ويقبلون هديتهم كالتاج وغيره» فكيف يوفق بين كون موارنة قبرس اراطقة وبين تقديسهم واعترافهم وتناولهم القربان الاقدس عند الافرنج . ويويد هذا ان لا اشارة في التواريخ لتحوق موارنة قبرس بدعة المشية الواحدة . وان من صدقوا زعم غوليلموس الصوري في ردة الموارنة سنة ١١٨٢ الى الايمان الكاثوليكي اثبتوا ان الموارنة ثبتوا جميعا بعد ذلك على هذا الايمان دون انفصال وارجع

,, « *Quo duce et Armeni, Græcorum exempla sequuti*
,, *Romanam agnorunt, aethiopesque fidem*
,, *Inde Syri, ac Arabes, mundique e finibus Indi.*
,, *Magna sed hæc animo cuncta minora suo.*»

Vides igitur, quod nulla sit mentio Maronitarum in generali, aut in particulari, in his monumentis. Et Pater F. Griphon Belga ex Ordine S. Francisci, prædicto Concilio coævus, in epistola, quam Roma, ad Maronitas, an. 1469. misit, testatur dicens « *Maronitæ in Europa, et in insulis Cypri et Rhodii, et in civitatibus Tripolis, Beryti,* « *et Hierosolymorum, ab antiquo tempore, usque ad hanc diem ingrediuntur eccles-* « *ias Latinorum, et super eorum altaribus, et eorum induti vestibus sacris, sacrifi-* « *cium Missæ offerunt....et confitentur sacramentaliter apud eos, et S. Eucharisti-* « *am de manibus sacerdotum eorum accipiunt, sicuti etiam dona, ut mitram et alia,* « *ab eis recipiunt* » Quomodo conciliari potest, Cypri Maronitas hæreticos fuisse, et sacra facere, et confiteri, tum etiam communionem apud Latinos recipere ? Confirmat hoc, quod ne nutus quidem, in historia, inveniatur, Cypri Maronitas, in monothelismi hæresim, unquam incidisse, et quod, qui Gulielmi Tyrii assertionem, de reditu Maronitarum ad fidem Catholicam, an. 1182. sequuti sunt, omnes teneant, Maronitas posthæc in fide semper permansisse. Vide hac de re etiam librum

بهذا الشان ايضا الى كتاب الدر المنظوم المتواتر ذكره

قال خصمنا بعد ما مر « واعدل عن شهادة الكتب القديمة عند هذه الطايفة » وعلق باثر ذلك حاشية قال فيها « لا يمكن تحمل ما زعمه نيرون (في مقالته في اصل الموارنة وجه ١١٢) في سريانتا اليعاقبة من انهم حرفوا كتب طايفته القديمة لتحويلها الى معتقدهم لانه ان كان لليعاقبة هذه الغيرة على مذهبهم فلمَ اغفلوا عن كتب الملكية وهي اكثر مخالفة لكتبهم من كتب الموارنة . ولمَ تركوا كتب النساطرة على سلامتها وقد اختلطوا بهم اجيالا . ولمَ لم تكن للموارنة غيرة كهذه على معتقدهم ليصنعوا بكتب اليعاقبة هذا الصنيع لتحويلها الى نمط ارثوذكسيتها . لعمري ليس ليعاقبتنا المحل الاول بين طوايف المشرق في تحريف كتب غيرهم »

اقول يترتب علينا ان نجي بما كتبه نيرون (هو مرهج بن نيرون الباني المذكور مرارا) في المحل الذي عينه الخصم ليرى المطالع اصاب الخوري يوسف داود بقوله انه لا يستطيع ان يتحمل ما زعمه نيرون او اثر دون الصواب ان يبري

,,*Aldurr-ul-Manzum*,, a nobis jam pluries citatum.

Addit adversarius « Omitto testimonium vetustorum hujus Nationis Codicum » et in adjecta ad hoc nota dicit « Equidem ferri nequit « quod Naironus (de Origine etc. Maronitarum pag. 112.) de nostris « Syris Jacobitis asserit, videlicet eos suæ Nationis codices corrupisse, ad ipsorum dogmata eos redigendo; Nam si tanto suæ fidei « zelo Jacobitæ ardebant, cur Melchitarum libris magis a suis discrepantibus pepercerunt? cur Nestorianorum, quibuscum per tot « sæcula tam intime intermixti erant, codices intactos reliquerunt? « cur ipsi Maronitæ, idem suæ fidei zelum non ostenderunt erga « Jacobitarum codices, eos ad suæ orthodoxiæ normam corrigendo? « Certe Jacobitæ nostri inter Nationes Orientales, ,,artem libros « alienos adulterandi mirifice callentes,, haud primum occupant « locum »

Dico: nos debere afferre huc Naironi (Fausti Naironii Banensis Maronitæ, pluries jam citati) locum ab adversario assignatum, ut videat lector, an scopum attigerit Sacerdos Joseph David dicendo ,,ferri nequit quod Naironus asserit

بعاقبته من تهمة قذفهم بها عالم كاثوليكي فاضل . قال نمرون في المحل المذكور
((اما وجود الضلال في بعض من كتب هذه الطايفة لاسيا ضلال بدعة الطبيعة
الواحدة والمشية الواحدة في المسيح فمنبعة مكر البعاقبة بلا مرى . فان هولا
لاستخدامهم اللغة السريانية كالموارنة عنوا بتحريف كتب الموارنة وبث غواياتهم
بينهم وقد اشتكى من هذا بطرس بطريرك الموارنة في رسالة بعث بها الى
الكردينال انطونيوس كارافا . . . في ٢٥ اب سنة ١٥٧٨ فقال ((وان كتب
اليكم ايها الاخ احد ان في كتبنا بعض ما يخالف تعليم الكنيسة المقدسة فاوقنوا
اننا لا نقبل الا ما قبلته الكنيسة المقدسة ويكون تداخل في ذلك شي على مدى
الايام من نسخ كتب الطوايف المحدقة بنا . فطب ايها الاخ نفسا وقرعينا من
قبلنا فان الكنيسة الرسولية الرومانية اس معتقدنا من قديم الزمان ولا نخاطبكم افواهنا
فقط بل فمنا وقلبنا والله لذلك شاهد)) ((وقال توما الكرملي في راس ٢٢
تاييدا لهذا (قدمنا قوله انفا) ((لما كانت كتب كثيرة بذرت بين الموارنة بحيل
اصطنعها اليعاقبة المتسكعون بارطقات ليست بيسيرة قد عرض ان من وجد

يد الحاقلاني)) مع انه في تفصيله كتاب ابن صليبا قال يحوى عشرين راسا
فقط وذكر خلاصة كلها :

ان الظاهر لي من كل ما مر ان السمعاني رجع عما كتبه في المجلد الاول
معلما في المجلد الثاني ان ليوحنا مارون كتابا في شرح الليتورجية ولابن صليبا
كتابا مثله والعنوان واحد فيهما . ويويد ذلك اولا ان السمعاني عند روايته
بعض اقوال ابن صليبا في كتابه شرح الليتورجية ذكر له قطعا كثيرة تخالف
الايمان وراي الكنيسة الرومانية كما سنروي بعضها ولا شي من ذلك كله في

ad Joannem Maronem refert. Notum est autem partem, etsi maximam, cujusdam libri, totum librum non constituere. Memorat quoque Assemanns (Bibl. Or. T. I. pag. 578.) inter codices Ecchellenses, in Bibl. Vaticana numero 36. expositionem lithurgiæ dicens « *Dionysii Bar-Salibæi expositio lithurgiæ Syrorum ad Ignatium* « *Episcopum Jacobitarum Hierosolymis commorantium, codex scriptus a Joseph* « *Hesronita Chateri filio, an. 1646.* » Memorat etiam pag. 580. Num. 64. inter codices Ecchellenses, aliam expositionem dicens « *Joannis Maronis duo libri 1. de Sa-* « *cerdotio. 2. Expositio lithurgiæ Syrorum, in capita 50. in 4. Cart. 249, propria* « *Abrahami Ecchellensis manu* (codex) *exaratus.* » Dum in evolvendo Bar-Salibæi libro dixerat illum 20. tantum constare capitibus, quorum sumptum memoravit.

Ex omnibus, quæ hucusque, de hac re, dicta sunt, videtur Assemanus sententiam, quam, in primo tomo, tenebat mutasse, dum in secundo dicit existere Joannis Maronis expositionem lithurgiæ et Bar-Salibæi librum similem esse et utriusque unum esse titulum, confirmatur hoc. 1. eo quod Assemanus nonnullas Bar-Salibæi, de expositione lithurgiæ, sententias recensendo, multa ejus memorat dicta, quæ fidei et Romanæ Ecclesiæ sensui contraria sunt, uti ex nonnullis eorum, quæ recensebimus apparebit, dum nihil istiusmodi inveniatur in libro Joannis Maronis, quem

كتاب القديس يوحنا مارون الذي اطلع عليه السمعاني بلا بد اذ قال ان جزا كبيرا منه في كتاب ابن صليبا بل في كتاب يوحنا مارون ايضا امورا شتى لا يمكن ان تنسب الى ابن صليبا بل بعضها يخالفه نصا كما سترى ٠ وكثيرا ما اتفق وجود كتابين وعنوانهما واحد ومن عادة القدما ايضا انتحال احدهم كتاب الاخر بعد زيادة عليه او اسقاط منه او اصلاح له على هوى المنتحل فاي العجب من انتحال ابن صليبا الذي كان في اواخر القرن الثاني عشر واوائل الثالث عشر ذلك الجز الذي يشير اليه السمعاني من كتاب يوحنا مارون كما برهن باسهاب يوسف لويس السمعاني في ك ٤ من المولف المذكور ٠ ثانيا ان السمعاني اثبت مقالتي الاب بطرس مبارك المشار اليهما انفا وقد استشهد مولفهما مرات بكتاب شرح الليتورجية ليوحنا مارون والسمعاني وبطرس مبارك كانا ابني طايفة واحدة وبينهما اخا فكان يستطيع ان ينبهه الى خطايه باعزائه كتابا يعقوبيا الى قديس هو يوحنا مارون والمجلد الاول من المكتبة الشرقية طبع سنة ١٧١٩ واثبات السمعاني مقالتي مبارك كان سنة ١٧٤٠ ثالثا ان يوسف لويس السمعاني الذي ترجم كتاب يوحنا مارون من السريانية الى اللاتينية وطبعه في رومة سنة ١٧٥٢ بحضرة السمعاني واثبت نسبته الى

certe censendus est legisse Assemanus, qui dicit, partem maximam ejus esse in libro Bar-Salibæi; dum e contra plura sint in libro Joannis Maronis, quæ Bar-Salibæo nullimode tribui possunt, et quorum aliqua positive ei opponuntur, uti videbis. Et sæpe evenit duo opera unum eumdemque habere titulum. Mos etiam fuit antiquis libros aliquos sibi appropriandi, nonnullis mutatis, aut demptis, aut correctis, juxta appropriantis benepalacitum. Quid mirum igitur si Bar-Salibæus, qui sub finem sæculi XII. et initio XIII. vivebat appropriavit sibi illam partem libri Joannis Maronis, ad quam alludit Assemanus; uti diserte argumentatus est Joseph Aloysius Assemanus in lib. IV. operis superius citati ? 2. eo quod Assemanus approbavit duas dissertationes Petri Benedicti, de quibus superius, in quibus auctor sæpe citat expositionem lithurgiæ Joannis Maronis, Assemanus autem et Petrus Benedictus connationales sodalesque erant, poterat igitur, Assemanus Benedictum monere de errore suo in tribuendo librum Jacobiticum S. Joanni Maroni. Adde Tomum primum Bibl. Or. editum fuisse an. 1719. et Assemanum approbasse duas Benedicti dissertationes an. 1740. 3. eo quod Joseph Aloysius Assemanus, qui librum Joannis Maronis e Syriaco in latinum sermonem vertit, et argumentis validissimis illum

يوحنا مارون ببراهين سديدة انما هو ابن اخي السمعاني فلولم يكن عمه عدل عن رأيه لنهاه عن نسبة كتاب يعقوبي الى اول بطريرك ماروني

قد ظفرت بنسخة من كتاب شرح الليتورجية ليوحنا مارون في مكتبة بطريركيتنا خطه الخوري بطرس مخلوف (الذي صار بعد اسقفا على قبرس باسم بطرس أيضا) سنة ١٦٧٠ في رومة فقابلته بالقطع التي رواها السمعاني عن كتاب ابن صليبا فالفرق بينهما اكبر من يفصل فكتاب ابن صليبا موجه الى اغناتيوس اسقف اليعاقبة في اورشليم ولا شي من ذلك في كتاب يوحنا مارون ثم كتاب ابن صليبا ينطوي على عشرين راسا وكتاب يوحنا مارون على خمسين راسا وفي كتاب يوحنا مارون امور شتى لا يمكن انتسابها الى ابن صليبا وفي كتاب هذا اقوال جمة لا يمكن انتسابها الى يوحنا مارون فنورد بعضها على سبيل المثل. قال يوحنا مارون في راس ١٦ «واوحد اللاهوت والنفس والجسد بالاقنوم الالهي وشوهد بطبعين الهي وبشري بغير بلبال واختلاط» وقال في راس ١٩ في التقديسات «اذا اعزيت الى الثالوث المسجود له لا ينبغي البتة ان يزاد عليها الصلب فما هذا الاثم بطرس الانطاكي الملقب القصار

Joanni Maroni vindicavit, Romæque an. 1752. præsente Assemano typis mandavit nepos erat Assemani, proindeque patruus ejus, nisi sententiam suam mutasset, nepoti vetasset ne Jacobiticum librum, primo Maronitarum Patriarchæ, tribueret.

Datum mihi fuit, exemplar libri expositionis lithurgiæ Joannis Maronis, videre in Bibl. patriarchatus nostri, manu Sacerdotis Petri Machluf (qui postea episcopus fuit Cypri) an. 1670. Romæ exaratum, hoc exemplar contuli cum libro Bar-Salibæi quoad partes, quas Assemanus ex eo retulit, et discrepantias inter utrumque existentes difficiles esse recensitu inveni. Adde quod liber Bar-Salibæi ad Ignatium Jacobitarum Hierosolymis episcopum directus sit, dum nil simile est in libro Joannis Maronis; dein liber Bar-Salibæi capita 20. continet, liber autem Joannis Maronis 50. Et in libro Joannis Maronis plura sunt, quæ Bar-Salibæo tribui nequeunt, et in hujus libro sententiæ multæ continentur, quæ Joanni Maroni tribui non possunt. Speciminis gratia, sequentia, ex his, afferemus; Joannes Maro cap. 16. dicit. « *ex « divinitate, et anima, ac corpore, copulavit personam divinam, cum duabus natu- « ris, Deus et homo, sine confusione, et mutatione apparuit* » Et cap. 19. de trisagio dicit « *quando igitur de tota Trinitate ab omnibus adoranda prædicatur, nullo « prorsus pacto, fas est illi crucifixionem addere, hæc enim fuit hæresis Petri An-*

الذي زعم ان الثالوث بجملته تالم وادخل الالم على طبع اسمى من كل الم وهذا اثم يرجح على كل اثم ولذا حرم عدلا ولعن وطرح من كرسيه)) وقال في هذا الراس ايضا ((كل من لا يعترف و يقول ان كلمة الله اتحد اتحادا جوهريا بالجسد مع حفظ الطبيعتين اي الطبع الالهي والطبع البشري خواصهما قايمين باقنوم الكلمة الواحد متحدين دون اختلاط او امتزاج ومتميزين مع اجتماعهما فليكن محروما)) وقال في راس ٢١ في تفسير قانون الايمان ان الابا في مجمع نيقية بقولهم صار انسانا ((رذلوا ارطقة تباع ديوسقوروس الذين زعموا ان في ربنا طبيعة واحدة لانه كيف يمكن ان يكون بطبيعة واحدة انسانا والها مايتا وغير مايت صانعا ومصنوعا خالقا ومخلوقا ازليا و زمنيا وما اشبه)) وقال بعد ذلك في هذا الراس ((حاشا ان نقول ان ابن الله تالم وصلب او مات بطبعه الالهي او يطرا عليه شي من الالام التي تقع على الطبع البشري لكنه هو نفسه تالم وصلب ومات بالجسد الذي اخذه من مستودع مريم البتول)) ومثله كثير. فهل يتصور ان ابن صليبا اليعقوبي يقول هذه الاقوال وهي

« *tiocheni, cognomento Fullonis, qui crucifigendo crucifigebat totam Trinitatem, passionemque inducebat in naturam omnibus passionibus superiorem, quæ est impietas universas impietates excedens. Et hac de causa, jure ac merito, anathematis vinculo colligatus, ac sede sua fuit dejectus* » Et hoc eodem capite dicit « *Quicumque Verbum Deum essentialiter carni unitum, ambabus naturis, Divina, scilicet, et humana, proprietates suas retinentibus, inque una verbi persona subsistentibus, ac absque ulla confusione, aut permixtione distincte conjunctis, atque conjunctim distinctis, non crediderit, aut confessus non fuerit, anathema sit.* » Et in capite 21. de expositione Symboli, loquens de Patribus Nicænis, ubi dicunt, et homo factus est, ait: « *Dioscorianorum etiam hæresim, unicam, in Domino nostro, naturam profitentium reprobarunt; qui enim fiat, ut unius naturæ sit homo et Deus, immortalis ac mortalis, factor et factus, creator et creatus, æternus et temporalis, et cetera hujusmodi?* » Et post hæc pergit in eodem capite « *Absit enim, a nobis, hæc blasphemia, qua filium Dei, in sua divina natura, passum, aut crucifixum, aut mortuum dicamus, aut quidquam illi contingere earum passionum, quæ humanæ accidunt naturæ; idem sane ipse passus est, crucifixus, et mortuus, at in carne, quam, ex Virginali Mariæ utero, sibi assumpsit* » Et multa similia. Num Bar-Salibæus Jacobita, hæc quæ confutationem præcisam hæresis Jacobitarum, et con-

نص صريح في تفنيد مذهب اليعاقبة وفي شجب بطرس القصار . ثم ان يوحنا
مارون بين جليا انه كتب كتابه في اواخر الجيل السابع او مبادي الثامن اذ
صرح في راس ١٩ بظهور الاسلام قبل عصره بمدة وجيزة عبر عنها بقوله في
هذه الايام الاخيرة وكل يعلم ان ظهور الاسلام كان في الجيل السابع . ولا يمكن
ابن صليبا ان يقول هذا وهو في اخر الجيل الثاني عشر

ومما قاله ابن صليبا ولا يمكن انتسابه الى يوحنا مارون بل بين قوليهما
خلاف صريح نذكر ما ياتي قال ابن صليبا في راس ٦ ((ان من قدس لزمه
ان يصعد برشانة او برشانتين . . . فيلزم ان تكون البرشانات وترا كما قلنا
لا شفعا متساويا الا الاثنين)) وهذا من عادات اليعاقبة كما قدمنا والحال
ان يوحنا مارون قال مفندا هذه العادة في راس ١٨ ((اما نحن فنقول العكس
اي انه يجوز للكاهن ان يقدم ما اراد من البرشانات وترا او شفعا كما علم
اكليمنضوس في كتابه عن التقليد الرسولي)) وقال ابن صليبا في راس ٦ ايضا
((اذا يتالف خبز الاسرار من القمح سر الامواه ومن الخمير سر الهوى ومن
الملح سر الارض ومن الزيت سر النار هاك الاستقصات الاربعة)) والحال ان

demnationem Petri Fullonis constituunt, dixisse immaginari potest? Dein Joannes Maro, aperte ostendit, se scripsisse sub finem seculi VII. aut initio VIII. quia cap. 19. clare loquitur de religione Mahometana, ut paullo ante ætatem suam, exorta, de ea dicendo, eam „*his novissimis diebus apparuisse*„ omnes autem norunt Mahometanismum exortum esse, sæculo VII., nec potuisse, Bar-Salibæum, hac ratione loqui, cum in fine sæculi XII. scripserit.

Ex iis autem, quæ Bar-Salibæus dixit, et Joanni Maroni tribui non possunt, imo verbis ejusdem sancti positive opponuntur, sequentia referimus. Bar-Salibæus itaque, cap. 6. dicit « *Unam autem hostiam, hoc est unum panem signatum, attollit* « *Sacerdos, duos item panes offert.... impares tamen sint, ut diximus, non pares,* « *præterquam si duo fuerint* » Et hæc est Jacobitarum consuetudo, sicuti superius ostendimus. Atqui Joannes Maro, cap. 18, hanc observantiam reprobat sequentibus verbis. « *Nos vero, e contra, dicimus fas esse sacerdoti offerre quot voluerit hos-* « *tias, numero pares sint, seu impares, sicuti Clemens, in suo libro, ex Apostolica* « *traditione, edocet.* » Dixit quoque Bar-Salibæus, eodem cap. 6. « *Panis igitur, sa-* « *cramentalis conficitur ex farina, quæ Symbolum est elementi aquæ; ex fermento,* « *Symbolo æris, ex sale, Symbolo terræ; et ex oleo, Symbolo ignis. En habes quatu-*

القديس يوحنا مارون قال في راس ١٦ ((ان الخبز الذى يقدم على المذبح يلزم ان يكون من القمح وليس من شي اخر البتة)) وقال ابن صليبا في راس ٧ ((رتب الرسل ما كتب في القانون ان القربان يرفع على المذبح يوم خبزه لا بعد يوم فهذا لا يجوز)) واطنب في شرح هذه العادة اليعقوبية · واسهب المقال في راس ١٤ · ان التقديس يحصل بكلمات الرب ودعوة الروح القدس · واستشهد في راس ١٦ ((ساويروس البطريرك المسكوني)) وقال اخيرا في راس ٢٠ ((لبيت طلبك واجبت سوالك ايها الاخ مار اغناتيوس مطران بيت المقدس اورشليم روية السلام فادين بنفس طاهرة وضمير نقي الصلوة علي انا الحقير ديونيسيوس الجالس في امد بين النهرين)) وكل ما مر لا اثر له ولا عين في كتاب يوحنا مارون بل حوى ما يخالف ابن صليبا نصا كما رايت وقد عارضته بما روى السمعاني من نبذ ابن صليبا فوجدت الفرق بين الكتابين كبيرا جدا في غير ما رويته ايضا · وحققت ان المولف اليعقوبي انما انتحل نبذا يسيرة من كتاب بطريركنا مقدما بعضا وموخرا اخر حتى لا يحتاج مطالع

« *or elementa.* » Dum S. Joannes Maro, cap. 16. dicit « *Panis, qui offertur super al-* « *tare, ex granis frumenti sit oportet, non vero ex ulla, omnino, alia materia* » dici etiam Bar-Salibæus, cap. 7. « *Statuerunt Apostoli, sicut in canone scriptum est,* « *ut panis oblationis, eadem, qua coctus est, die, ad altare deferatur, non post eum* « *diem, quod nefas est* » Dein multis verbis nititur hanc Jacobiticam consuetudinem confirmare; tum cap 14. probare studet, consecrationem fieri, per verba Domini, una cum invocatione Spiritus Sancti, cap. autem 16. citat «*Severum Patriarcham* « *œcumenicum.* » Denique cap. 20 dicit « *Rogatum tuum implevi, religiosissime fra-* « *ter Mar Ignati Metropolita S. Urbis Hierusalem, quæ visio pacis interpretatur.* « *Tu autem puro animo, et munda mente, preces funde pro me misero, ac humili* « *Dionysio, qui in Urbe Mesopotamiæ Amida incolatum meum perficio.* » Hæc omnia, nec in re, nec in specie continentur in libro Joannis Maronis, imo aliqua positive ei opponuntur. Ego autem contuli librum Joannis Maronis cum iis, quæ Assemanus ex Bar-Salibæo refert, et præter ea, quæ retulimus, maximam etiam esse inter utrumque librum divergentiam inveni; et ratus sum auctorem Jacobitam pauca aliqua ex libro patriarchæ nostri, partim anteposita, partim postposita sibi appropriasse, ita clare, ut lector in ferendo judicio, animo non pendeat, sed prima fronte

الى تلوم في الحكم بل يقضي فور مطالعته ان لكل كتابا والعنوان واحد فيهما وان المتاخر انتحل بعض كلام المتقدم فقط مما لا يخالف معتقده

واما ما ادعى الخوري يوسف داود ان مختلس كتاب ابن صليبا ليوحنا مارون ادخله ذلك الكتاب فقد تصرف بنقله سو التصرف ليطابق بينه و بين الفاظ المجمع الفلورنتيني وهاك امين ترجمة ما كتبهٔ يوحنا مارون في « راس ١٦ في الخبز الذي يقدس وكيفيته ... ونظرا الى سوالكم هل يلزم تقديس خبز خمير او فطير نقول ليس لنا في ذلك وصية ربانية او رسولية تامر بهذا او تنهي عن ذاك ولهذا يقدس هولا بهذا واوليك بذاك كالعادة التي استطرقوها لكن من يقدسون الخمير يوبخوننا والغربيين والارمن قايلين ليس الفطير خبزا فان كل ما ذكر الكتاب الخبز دل على ما به خمير واذ دعاه ربنا والرسل خبزا دلوا بالضرورة على ما به خمير. ولكن فليعلم الجهلة الغير الفاهمين قوة اللفظ والكتب ان التوراة وساير الاسفار المقدسة كما دعت ما به خمير خبزا هكذا دعت الفطير خبزا الخ » فهذا يبين ان ليس في كلام يوحنا مارون هذا ما يخالف عصره. وقد ابنا عند ردنا استشهاد خصمنا بالمطران داود الماروني ان

judicet diversos esse libros, eodem titulo donatos, et quod auctor posterior ex priore transcripserit aliqua tantum, quæ errori suo non contradicunt.

Verbis autem, quæ S. J. David, prætendit usurpatorem, quem supponit, libri Bar-Salibæi, in eum librum introduxisse, adversarius ipse, illa citando, pessime abutitur, ad hoc, ut ad conformitatem cum verbis Concilii Florentini reduceret. En igitur fidelis verborum Joannis Maronis versio, ut, comparatione facta, adversarii absusus appareat «*Cap. 16. de pane oblationis ac de ejus qualitate...Ad illud autem* « *quod quæritis in fermentato ne, an azymo pane offerre oporteat, respondemus,* « *nullo Dominico, seu Apostolico præcepto, illud prohiberi, aut hoc præcipi. Et hanc* « *ob causam, alii in uno, in altero cæteri consecrant, secundum propriam consue-* « *tudinem. At qui in fermentato offerunt, nos Occidentales ac Armenos, redargu-* « *unt, azymum non esse panem dictitantes, eo quod quoties scriptura panem nomi-* « *nat de fermentato loquatur, cum itaque illum panem Dominus noster et Apostolus* « *appellaverint, de fermentato necessaria consecutione loquuntur. Ita illi. Sed impe-* « *riti hi et vocis, scripturarumque virtutem nescientes, in Pentateucho, cæterisque* « *sacris libris non minus fermentatum, quam azymum panem vocari intelligant etc.*» Hæc ex Joanne Marone citatio probat, nihil, in ejus sermone, existere, quod sæculi ipsius stylo contrarium sit, et nos ubi allegationes adversarii ex Episcopo Ma-

تمسك بعض الطوائف بعادة تقديس الفطير وبعضها بعادة تقديس الخمير اقدم
من عصر يوحنا مارون وان كان مباحا استخدام كليهما اذ لم تكن وصية ربانية
او رسولية بذلك كما يقول يوحنا مارون . واي نعم ان ايصال الجدال في
الخمير والفطير الى حرم الروم الكنيسة اللاتينية لاستخدامها الفطير كان بعد
زمان القديس يوحنا مارون الا ان استخدام احدى الطوايف في المشرق الفطير
وغيرها الخمير كان قبله وكان سببا بلا شك لجدالات وابحاث خصوصية مع
انقسام الطوايف في مذاهب دينية عديدة قبل عصر يوحنا مارون كما في الان ماعدا
مذهب الروم الغير المتحدين وجدال كهذا نرى الان كل يوم مثال له في ما تختلف
فيه طائفة عن اخرى فاي العجب اذا من كلام يوحنا مارون في جدال كهذا يكون
وقع بين الموارنة الذين كانوا يقدسون الخبز فطيرا وبين غيرهم ممن كان يقدسه خميرا
واما البرهانات التي بزعم الخصم انها لم تستعمل الا بعد الجيل العاشر فليست امرا غريبا
كدوران الارض الذي كان قبل وجود مذهب دورانها عسر الادراك بل هي برهانات
بينة حاضرة يعلمها كل من علم الكتاب العزيز . فانما في القول ان الخبز فطيرا كان ام خميرا

ronita David confutavimus, jam ostendimus, ante Joannis Maronis tempora, penes aliquas nationes morem invaluisse consecrandi Eucharistiam pane azymo, et penes alias pane fermentato, etsi liberum fuisset, utroque pane uti, cum nullo Dominico, aut Apostolico præcepto illud prohiberetur, aut hoc præciperetur. verum est nonnisi post Joannis Maronis tempora, Græcos pervenisse ad Ecclesiam latinam, excomunicatione percellendam, eo quod pane azymo in conficienda Eucharistia latini uterentur; at nemo dubitare potest quin usus conficiendi Eucharistiam pane azymo, penes aliquas nationes, et fermentato, penes alias, qui ante illud tempus invaluerat, controversiarum, et particularium quæstionum fuerit occasio, cum præter Græcos schismaticos, nationes omnes vel ab illo tempore, in numerosas essent fidei professiones, uti et hodie sunt, divisæ. Controversiarum autem hujusmodi exempla, quotidie videmus in iis, in quibus una natio differt ab alia. Quid igitur mirum, in verbis Joannis Maronis, de controversia hujusmodi, quæ acciderit inter Maronitas, qui azymo pane conficiebant Eucharistiam, et alios, qui eam fermentato conficerent? Argumenta autem, quæ adversarius asserit in usum non fuisse introducta, nisi post sæc. X., non sunt aliquid intellectu difficile, instar motus terræ, qui nonnisi post inventum Systema solare intellectu facile evasit, sed sunt argumenta clara, omnibus patentia, quæ sacram scripturam perlegentem fugere nequeunt, et non sunt nisi quod panis sive azymus sit, sive fermentatus a S. scriptura, eodem nomine

يسميه الكتاب خبزا والقول ان المسيح قدس جسده بخبز فطير لا خمير لانه قدس الخبز ايام الفصح اذ كان محرما استخدام الخمير . وهذا يتوصل الى فهمه والبرهان به كل من طالع الكتاب باقل تكلف . واما قول الخصم باختلاف النفس فدعوى بلا دليل والنفس في كتاب يوحنا مارون كله واحد ولا يجد فيه اختلافا الا متعنت ظن قوله حجة يعتمد عليها بلا دليل

فقد ثبت اذا ان كتاب شرح الليتورجية المنسوب الى القديس يوحنا مارون هو له حقيقة وهو غير كتاب ديونيسيوس بن صليبا المعنون شرح الليتورجية ايضا . ولهذا البطريرك القديس ايضا نافور القداس وقد مر اثبات نسبته اليه . وكتاب الايمان الاتي ذكره . وكتاب قاوم به المونوفيزيتيين اي القايلين بالطبيعة الواحدة في المسيح . وكتاب قاوم به النساطرة وهذان الكتابان ذكرهما السمعاني بين تاليفه في المكتبة الشرقية مجـ ١ وجه ٥١٧ . وينسب اليه كتاب في الكهنوت قدمنا ذكره ورسالة في التقديسات ذكرها السمعاني هناك ولم يحقق نسبتها اليه

وبعد تقرير ما مر من لا يرى فظاعة تجني خصمنا على علماينا بانهم ساوا

---

donetur, et quod Christus confecerit Eucharistiam pane azymo, et non fermentato, quia panem consecravit in paschate, quando fermentati panis usus prohibitus erat. Ad hoc enim intelligendum, levi adhibita reflexione, pervenire potest quicumque sacram, legerit, scripturam. Prætentio autem adversarii, circa differentiam styli, est assertio gratuita, et Stylus in toto Joannis Maronis opere,unus est; et nemo nisi qui veritatem agnoscere renuit, quique assertionem suam, pro probatione, valere putat, differentiam in eo invenire potest.

Stat igitur, librum de expositione lithurgiæ, S.Joanni Maroni tributum, genuinum ejus foetum, et a libro Dionysii Bar-Salibæi, qui eodem fruitur titulo, esse diversum. Hujus sancti etiam existit Anaphora,cujus genuinitatem jam ei vindicavimus, et liber de fide, quem memorabimus, et liber contra Monophysitas, et liber adversus Nestorianos, quos duos libros memoravit Assemanus inter opera ejus Bibl. Or. T. I. pag. 517.;et ei tribuitur liber de Sacerdotio, de quo supra locuti sumus,et epistola de trisagio,cujus meminit Assemanus ibidem,quin;ejus genuinitatem ei vindicaret.

Itaque postquam hæc adstruximus, quis non videt enormitatem calumniæ, quam, contra omne jus, auctoribus nostris instruxit adversarius, illos principatu

التصرف بامامتهم مدة جيلين في العلوم السريانية في رومة كانه يقول زوروا
كتابا ليوحنا مارون . فيا من ناكران العلما الموارنة انما هم اخص من عرف
سكان المغرب تواريخ المشرق المعرفة المطمان اليها وكتبهم العديدة ما برحت
نبراسا يستضيء به من اثرمسيرا امنا في تواريخ المشرق ومن ابن للخوري يوسف
داود ان يحجب هذا النبراس ويخيله ظلاما وابصار العلما شاخصة به . وحسبنا
ان علمائنا في ميات كتبهم لم يرتكبوا من الشطط ما ارتكبه خصمنا في ثمانية
اوراق كما ترى

انهى الخصم حاشيته بقوله ((اني لاغتم كثيرا لان السمعاني الشهير
يزعم في المكتبة الشرقية مج ٢ وجه ٢٩٣ تبعا لنمرون ابن طايفته
ان في كالاندربو (بمعنى فهرست اعياد او سنكسارى) قديم للموارنة
اسم المجمع السادس المسكونى والقديسين الذين ازهروا حينيذ
(ويظهران اول من طبعوا كتاب قداس الموارنة جهلوا بهذا
الكالاندربو) ولم يشر اين توجد نسخ هذا الكالاندربو القديمة ليمكن

litteraturæ, Syro-Chaldaicæ, quem duobus sæculis Romæ tenuerunt, abusos fuisse asserendo, et quasi dicendo illos librum usurpasse, et Joanni Maroni, sine jure, tribuisse. Maronitas principaliter fuisse illos, qui occidentales genuinam Orientis edocuerint historiam, nemo eruditus inficiatur, et usque nunc numerosissima Maronitarum auctorum opera, instar facis sunt iis, qui tuta via in Orientis historiis incedere cupiunt. Qui igitur S. J. David hanc facem effuscare poterit, et illam tenebras esse simulare, dum eruditorum oculi in eam fixi sunt ? satis gloriæ nobis est, quod auctores nostri, in centenis voluminum operum suorum, non commiserint errores, neque involuntarios, quot commisit adversarius, in 16. paginis libelli minimi, uti videt. lector.

Coronat, adversarius notam suam dicens « Cæterum summopere doleo, « quod cl. Assemanus, cum in Bibl. Or. T. 2. peg. 793. ad fidem « Naironi sui gentilis asseruisset, inveniri in antiquo Maronitarum « Kalendario (quod quidem kalendarium ignotum fuisse videtur « primis editoribus Missalis Maronitarum) nomen concilii VI. œ- « cumenici sanctorumque qui eo floruere, doleo, inquam, quod ipse « haud voluerit nobis indicare ubinam hujusmodi vetusti kalenda- « rii codices reperiantur, ut consuli possint. Certe inter tot Syria-

الاطلاع عليها . ففي مكاتب رومة كتب قديمة وافرة ولم اظفر
بهذا الكتاب لا في المكتبة الواتيكانية ولا في مكتبة مدرسة مجمع
انتشار الايمان . وان اراد السمعاني ان يشير تبعا لنمرون الى
الكالاندريو الذى طبعه الموارنة في كتاب قداسهم سنة ١٧١٦
في رومة فكفى ان نعتبر اولا ان هذا الكالاندريو ليس الا
كالاندريو اليعاقبة محي به اسماء بعض الاراطقة واضيفت اليه
اسما قديسين اخذت عن الكالاندريو الروماني كاسماء القديس
برونون في ٦ تشرين الاول وجميع القديسين في غرة تشرين
الثاني والقديس امبروسيوس الملفان في ٧ كانون الاول وغيرهم
ثانيا انه في ١٥ ايلول حيث وضع ذكر المجامع الستة وجد في
كالاندريو اليعاقبة ذكر الشهداء الستة ܕܣܗܕܐ وهذا يسهل
بدله باسم المجامع الستة ܕܣܘܢܗܕܘܣ . ولا اعلم كيف لم يصنع
الموارنة ذكرا الا لستة مجامع واغفلوا عن باقي المجامع المسكونية ان

« cos codices, qui Romæ prostant, nullibi talem codicem datum
« mihi fuit invenire, sive in Bibl. Vat., sive in Borgiana coll. Urb.
« de Prop. fide. Quod si Assemanus post Naironum alludere vult
« ad illud kalendarium quod a Maronitis cum ipsorum missali Ro-
« mæ anno 1716. impressum est, sufficit notasse 1. hoc kalendari-
« um nihil aliud esse nisi kalendarium Jacobitarum, ex quo sup-
« pressa sunt nonulla ex heterodoxis nominibus, cuique addita
« fuere hic illic sanctorum nomina ex kalendario Romano desumpta,
« ut ex. g. S. Brunonis ad 6. Octobris, omnium sanctorum ad 1.
« Nov., S. Ambrosii Doct. ad 7. Dec., etc. 2, ad diem 15. Septem.
« (ubi in prædicto kalendario positum est sex Synodorum) haberi
« in Jacobitarum kalendario sex martyrum ܕܣܗܕܐ, quod fa-
« cile mutari potuit in sex Synodorum ܕܣܘܢܗܕܘܣ. Cæterum
« non intelligo cur Maronitæ, si semper fuere Catholici, nonnisi

كانوا دائما كاثوليكيين . اعلم ان الكرسي الرسولي يلزم يعاقبتنا عند دخولهم الكنيسة الكاثوليكية ان يصنعوا ذكر المجمع الرابع بيانا لجحودهم بدعة الطبيعة الواحدة فكأن ذلك بنفسه جرى عند الموارنة نظرا الى المجمع السادس»

اقول بعد ان قذف خصمنا السمعاني وغيره من علمائنا في كلامه المار ناسبا اياهم الى التزوير والتحريف اخذ يقذف هنا السمعاني وغرون ناسبا اياهما الى الكذب او الجهل بكتب طايفتهما نفسها . فالسمعاني اتى في المحل الذي عينه بذكر الكالاندريات استطرادا رادا زعم ابن العبري كما اتينا بترجمة كلامه هناك مبرئا الموارنة من تهمة بدعة المشية الواحدة قايلا ان هذا « تحققه اثار الموارنة انفسهم كيف لا وفي الكالاندريات (ترجمنا هذه اللفظة هناك بسنكسارات كما نعتبر ان السمعاني اراد) الكلية القدم التي تستخدمها هذه الطايفة يكرم ذكر المجمع السادس وجميع القديسين الذين بسلوا في مناصبة بدعة المشية الواحدة كصفرونيوس الاورشليمي في ١٣ اذار واندراوس صاحب القوانين في ٤ تموز ومكسيموس المعترف في ١٣ اب ومرتينوس في ٣ نيسان

« sex Synodorum mentionem facerent, præteritis cæteris Synodis
« œcumenicis. Scio Apostolicam sedem obligare nostros Jacobitas
« cum Catholicam ecclesiam ingrediuntur, ut commemorationem
« faciant Concilii IV. œcum. ad significandum se abjurare mono-
« physismum. Eademne ratio se habet cum Maronitis quoad con-
« cilium VI. ? »

Postquam adversarius, verbis superius illatis, calumniatus est Assemanum aliosque auctores nostrates, eos falsarios, corruptores librorum esse insinuans, cœpit hic insultare Assemano, et Nairono, ut mendaces et ignorantes circa libros eorum nationis, eos inducens. Assemanus itaque, loco ab adversario assignato, Bar-Hebræi, cujus verba præmisimus, assertionem confutando, et Maronitas de monothelismi hæresis labe purgando, per transennam kalendariorum meminit dicens: « *Antiqua ipsorum Maronitarum monumenta convincunt: et illud imprimis quod* « *in vetustissimis Kalendariis ejusdem nationis colitur memoria Sextæ Synodi, et* « *omnium fere sanctorum, qui monothelismum impugnarunt acerrime, ut Sophro-* « *nii Hierosolymitani Martii 13., Andreæ Canonographi Julii 4., Maximi Confes-* « *soris Aug. 13., Martini Aprilis 3., contra vero nullus monothelismi defensor ullum*

ولا محل في تلك السنكسارات لواحد ممن دافعوا عن بدعة المشية الواحدة))
ومن ذلك يظهر ان السمعاني لم يكن كلامه في هذا المحل في كالاندريو كنيسة
طائفته بالخصوص بل اتى بذكره استطرادا ولم يذكر كالاندار يو معينا ليعين
موضعه بل قال كالندريات بالجمع (لا بالمفرد كما روى الخصم) ويريد
السنكسارات التي كانت نسخها في اكثر كنايس طايفته فما الحاجة الى تعيين
موضعها كما يظهر ان السمعاني لم يستشهد بهذا المحل نمرون وهبه استشهده
او اتبعه فاية مضرة او شين من ذلك . وقد اضحكني قول خصمنا ان من طبعوا
كتاب قداس الموارنة اولا جهلوا بهذا الكالنداريو اى لم يطبعوا فهرست
الاعياد فيه فماذا ينتج من ذلك هل ينتج انه لم يكن عندهم اعياد . فكان كلامه
حجة علينا لو قال طبعوا فهرستا كذا وفيه اسما مكاريوس وغيره من اصحاب المشية
الواحدة لكنه لم يقل ذلك ولا شي منه عند الموارنة ايلزمنا ان نرد الهذر ايضا
وما لا حجة منه

لا يخطر في بالنا ان الخصم اراد ان يقول ان السمعاني اشار بقوله كالاندريات

« *in eo kalendario locum habet.* » Ex hoc patet Assemanum, in hoc loco, de ecclesiæ nationis suæ kalendariis, ex professo, locutum non fuisse, sed hæc per transensinam memorasse, nec kalendarii præcisi, ut ejus locum indicaret, mentionem fecisse sed dixisse kalendaria, in plurali, (non in singulari ut retulit adversarius) et per hæc voluisse Synaxaria, quorum exemplaria in nationis suæ ecclesiis passim extabant, quæ igitur necessitas erat indicandi locum? Patet etiam Assemanum, in hoc loco, non citasse Naironum, et dato etiam quod illum citaverit, aut secutus fuerit, quid mali, aut dedecoris in hoc esset? Ad risum autem me movit assertio adversarii, qua dicit «Quod quidem kalendarium ignotum fuisse videtur pri- « mis editoribus missalis Maronitarum » Scilicet illos in missali prædicto indicem festorum non edidisse, at quidnam ex hoc ? Num inde deducitur, illos non habuisse dies festos ? Argumento fuisset contra nos assertio ejus, si dixisset, illos indicem quemdam, seu tale typis mandasse kalendarium, in quo Macarii ex. gr. aliorumque monothelitarum continerentur nomina; sed neque hoc dixit, nec quidquam hujusmodi, apud Maronitas, existit „*doleo sane*,, illum nos obligare ad respondendum inanibus assertionibus, quæ nullum continent argumentum !!!

Putandus non est, adversarius, voluisse dicere Assemanum, loquendo de ka-

كلية القدم الى نفس فهرست الاعياد الذي طبع في كتاب القداس سنة ١٧١٦
لان المجلد الثاني من المكتبة الشرقية الذي اتى فيه بهذا القول طبع سنة ١٧٢١
اي خمس سنوات بعد طبع كتاب القداس المذكور فلو صار السمعاني كالخصم
لما عبر عن كتاب ابن خمس سنين بكلي القدم . فقد عبر بلا شك عن كتب
تقادم عهدها والذي نعرفه نحن من هذه الكتب هو ما اخذ عنه الفهرست
الذي طبع في كتاب الشحيم في رومة سنة ١٦٢٢ حيث ذكر القديسين
صفرونيوس في ١١ اذار والبابا مرتينوس في ١٣ نيسان . واندراوس صاحب
القوانين في ٤ تموز ومكسيموس المعترف في ١٣ اب . والمجمع السادس المسكوني
في ١٥ ايلول فلو وفر خصمنا على نفسه معاناة التفتيش في المكاتب ونظر في
كتاب الشحيم هذا المطبوع في رومة والكثيرة نسخه لوجد فهرستا مطبوعا
فيه اقدم من الذي ذكره نحو ماية سنة وماخوذا عن كتب قديمة جدا . ثم
نعرف كتاب السنكساري الذي وقف عليه الاب يوحنا باطيشتا وقد ارسله
البابا غريغوريوس الثالث عشر سنة ١٥٨٠ الى الموارنة وفي هذا السنكساري
راى ذكر الاباء الاطهار الذين عقدوا المجامع ورذل الملحدين الذين حرموا فيها

lendariis vetustissimis, alludisse ad kalendarium ipsum, quod in missali editum fuit an. 1716., quia Tom. II. Bibl. Or., in quo Assemanus hæc dixit an 1721. impressus fuit, seu quinque annis post editionem missalis, nam supposito quod Assemanus fuisset similis adversario, vetustissimum non appellavisset librum, qui quinque annis antea, impressus erat, igitur sine dubio Assemanus de vetustæ ætatis libris loquutus est. Quos autem nos ex his libris scimus, sunt 1. ille, ex quo sumptum est kalendarium, quod in officio magno Maronitarum, Romæ an. 1622. impressum fuit, in quo kalendario colitur memoria sanctorum Sophronii 11. Martii, Martini Papæ 13. Aprilis, Andreæ Canonographi 4. Julii, maximi Confessoris 13. Augusti, et sextæ Synodi œcumenicæ 15. Septembris; si igitur adversarius, in perquirendo Vaticanam et coll. Urbani Borgianam Bibliothecam labori pepercisset, et inspexisset officium magnum Maronitarum, quod Romæ impressum est, et cujus numerosa pluribus in locis extant exemplaria, invenisset impressum in eo kalendarium 100. circiter annis vetustius eo, de quo ipse loquitur, et ex libris valde vetustis desumptum. Novimus etiam kalendarium, quod Synaxarium appellatur, quodque examinavit P. Joannes Baptista, a Gregorio XIII. an. 1580. ad Maronitas missus, qui in hoc kalendario vidit, penes Maronitas, coli memoriam sanctorum Patrum, qui con-

فردا فردا والامر بالتعييد لتلك المجامع كل سنة اي للنيقاوي الاول في ٢٩ ايار والقسطنطيني في ٣٠ حزيران والافسوسي في ٩ ايلول والخلكيدوني في ٦ تموز والقسطنطيني الثاني في ٢٥ تموز والقسطنطيني الثالث وهو المجمع السادس في الاحد الثاني بعد عيد الصليب · وهذا السنكساري القديم جدا اطلع الاب باطيشتا عليه الخوري يوحنا الحصروني كما روى الاهدني في مولفه اصل الموارنة والاحتجاج عنهم وقال ((وهو الى الان محفوظ في قرية حصرون ونسخانه في اكثر الكنايس الكبيرة)) ثم نعرف ايضا السنكساري الذي نسخه القس ابراهيم لدير مار سركيس اهدن سنة ١٧٩٣ لاسكندر (الموافقة سنة ١٤٨٢ للمخلص) وفيه ذكر الابا والمجامع المشار اليها كما روى الاهدني في مولفه المذكور احتجاج ٢ تهمة ٤ · فهذا جل ما علمناه بادنى تكلف ولعل بين الكتب القديمة في اديرة طايفتنا ما هو اقدم تاريخا فلا نحفل بالتفتيش اذ لنا ما يكفي ويفضل من البرهانات وتعنت خصمنا لا يستوجب الجد · ولا بد وان السمعاني اطلع على اقدم من الكتب التي ذكرنا فانه راى مالم نروعلم مالم نعلم · فان لم يطلع

cilia coegerunt, et condemnari nominatim hæreticos, qui in iis conciliis a communione Ecclesiæ separati fuerunt. Vidit quoque, in eo præcipi, ut illorum conciliorum quotannis, memoria coleretur, scilicet Nicæni I. di 29. Maii, Constantinopolitani 30. Junii, Ephesini 9. Septembris, Chalcedonensis 6. Julii, Constantinopolitani II. 25. Julii, et Constinopolitani III, quod est Concilium VI., 2. Dominica post festum crucis. Hoc vetustissimum kalendarium, P. Joanni Baptistæ, Sacerdos Joannis Hesronita communicavit, uti refert Edenensis in opere, de origine et vindiciis Maronitarum, addens « *quod adhuc conservatur in oppido Hesron, et ejus exem-* « *plaria extant in plurimis principalibus ecclesiis.* » Novimus etiam kalendarium, seu Synaxarium, quod, quidam P. Abraham, ad usum Monasterii S. Sergii Eden, transcripsit an. Alexandri 1793. Christi 1482., in quo colitur memoria Patrum, et conciliorum, quorum superius meminimus, uti refert Edenensis, in opere superius citato, vindicia 2. Accust. 4. Hæc de kalendariis, nullo labore, novimus, et forsan inter libros veteres monasteriorum nationis nostræ kalendaria, quæ vetustioris essent ætatis, invenirentur; at cum argumenta, quæ satis et abunde sunt, haberemus, de inquisitione non curamus, præsertim cum petulantia adversarii non mereatur, ut nimis serio, in ea confutanda, insistamus. Reor Assemanum codices, illis, quorum meminimus, vetustiores vidisse; etenim ipse vidit et scivit, quod nec vidimus, nec

الخوري يوسف داود على شي من ذلك في المكتبة الواتيكانية او في مكتبة مدرسة مجمع انتشار الايمان هل ينتج عدم وجوده · واي العجب من عدم وجوده في المكتبتين فهل يلزم ان تحويا مجلدات العالم كله · بل اي العجب من وجوده فيهما وجهل الخصم به كما جهل ان السمعاني اطلع على كتاب المطران داود الماروني مع انه فصل كل ما يحواه في المكتبة الشرقية نفسها التي يدعي الخصم ممارستها :

واما قوله ان الكالاندريو الذي طبع في كتاب القداس سنة ١٧١٦ هو مثل كالاندريو اليعاقبة وقد محي به اسما بعض الاراطقة واضيفت اليه اسماء بعض القديسين ماخوذة عن السنكساري الروماني · فما الناجم له من هذا ايضا وهو لم يات بذكر كالاندريو قديم للموازنة يبين منه اسما الاراطقة التي محت من الفهرست القديم على زعمه ووضع غيرها في الفهرست الذي طبع سنة ١٧١٦ وهو المثبت كما قلنا قبلا ان كتب السريان الكنايسية الفت قبل الارطقات وابنا مرات ان لا مضرة من المشابهة بين كتبنا وكتب اليعاقبة الكنايسية في ما

scivimus. Quod si autem, S. J. David nil horum viderit in Bibl. Vat., sive in Borgiana Coll. Urb. de Prop. fide, sane hoc argumentum non est, quod hi codices non existant, et quid mirum quod non existant in duabus illis Bibliothecis ? Anne necesse est ut illæ, omnia mundi volumina, contineant? Sed non miror quod reapse hujusmodi kalendaria existant, in utraque Bibliotheca, et quod adversarius id ignoraverit, sicuti ignoravit Assemanum vidisse Nomocanonem Episcopi Davidis Maronitæ, dum in Bibl. Or. ipsa, in qua adversarius, versatum se esse asserit, ille totam, illius Nomocanonis materiam, evolvit.

Ex inani autem prætentione, quod kalendarium an. 1716, in missali impressum nihil aliud sit nisi kalendarium Jacobitarum, ex quo nonnulla heterodoxorum nomina suppressa sunt, cuique addita sunt sanctorum nomina, ex kalendario Romano desumpta, quid adversario resultet non intelligo, præsertim cum ipse non citet, nec memoret ullum vetus maronitarum kalendarium, in quo extitissent nomina hæreticorum, quæ essent deleta, et in eorum loco in missali Romæ an. 1716. impresso, recentia sanctorum nomina suffecta essent, et cum ipse adstruxerit, uti antea diximus, Syrorum libros lithurgicos, seu ecclesiasticos, ante hæreses compositos fuisse; et jam nos ostendimus nihil mali provenire ex similitudine inter libros lithurgicos nostros, et libros Jacobitarum in iis, quæ fidem non offendunt, et cur adversarius

لا يمس الدين · ولمَّ لم يذكر الخصم عن كتاب القداس هذا اسم اندراوس صاحب القوانين في ٤ تموز ومكسيموس المعترف في ١٣ اب فليس الكلام في اعياد القديس برونون وجميع القديسين والقديس امبروسيوس · واما قوله انه وجد في كالاندريو اليعاقبة في ١٥ ايلول ذكر الشهدا الستة وان هذا يسهل بدله باسم المجامع الستة فهو بلا نتيجة تضادنا ايضا اذ لا ننكر المشابهة بين الكتب الكنايسية عندنا وعند اليعاقبة كما قدمنا انفا ايضا فاذا ولو جاريناه على زعمه لا ينتج له شي · ومع هذا ليس كلام السمعاني في فهرست الاعياد فقط بل في السنكساريات ايضا فهب التبديل سهلا في الفهرست كيف يسهل في السنكساري دون انشا قصة حديثة

اما ترك الموارنة قديما التعييد لباقي المجامع عدا الستة الاول فسببه على ما راى المطران اسطفانوس عواد في كتاب اعمال الشهدا الشرقيين والغربيين مج٢ وجه ٤٠٨ ان السنكسارات القديمة الفت قبل تلك المجامع · وما الناتج من هذا ايضا والخصم لا يتهمنا بارطقة محاربي الايقونات ليثبت علينا شي بعدم تعييدنا قديما للمجمع النيقاوي الثاني ولا بارطقة فوتيوس ليكون عدم تعييدنا

non meminit, ex hoc missali, nominis Andreæ Canonographi die 4. Julii, et Maximi confessoris 13. Aug. ? Non enim quæstio est de diebus festis S. Brunonis, omnium Sanctorum, et S. Ambrosii; assertio ejus autem, quod invenerit, in kalendario Jacobitarum die 15. Septembris, memoriam sex martyrum, et quod hoc facile mutari potuit nomine sex conciliorum, nihil etiam contra nos evincit, dum non negamus similitudinem inter libros lithurgicos nostros, et illos Jacobitarum, ut jam superius diximus, proindeque etsi per conniventiam ejus sententiæ subscriberemus, nihil ei resultaret, et, hoc non obstante Assemanus non loquitur de indice dierum festorum tantum, sed etiam de omnibus kalendariis Synaxariorum nomine notis, et dato quod mutatio facilis esset, in indice, quomodo facilis esset in kalendariis, seu Synaxariis, quin nova aliqua introduceretur historia ?

Quod autem Maronitæ prætermiserint, antiquitus, colere memoriam reliquorum conciliorum præter sex priora, causa est, juxta Stephanum Evodium Assemanum, in opere „*Acta SS. Martyrum Orient. et Occident. Tom. 2. pag.* 408. „ quod kalendaria vetera compilata fuerunt ante illa concilia. Quid vero resultat etiam ex hoc ? Adversarius enim nos de Iconoclastarum hæresi non arguit, ut quid contra nos habeat, eo quod, antiquitus, apud nos, non colebatur memoria concilii Nicæni II.,

للمجمع القسطنطيني الرابع حجة له علينا وهلم جرًا الى اخر المجامع المسكونية التي نعيد الان لاكثرها

وكل ما مر يثبت ان الموارنة لم ينكروا احد المجامع المسكونية ليصدق عليهم ما قاله الخصم في يعاقبته من الامر لهم بالتعييد للمجمع الرابع لعمرك ان ركاكة برهانات خصمنا هنا ايضا جعلتني اعدل عن التطويل واكتفي بالاشارة الى بطلانها والامتهان بها

قال خصمنا في حاشية اخرى علقها اخر كلامه المار « لما كان السمعاني زعم في مكتبة الناموس مج ٥ وجه ٥١٥ وما يليه ان الاحبار الرومانيين يايدون رايه ساغ لي ان انبه الى انه ما من احد فهم باي معنى اثبت الاحبار الرومانيون ان الموارنة كانوا دايما امنا للكرسي الرسولي خير من الحبر الاعظم الذي هو اخر من مدحوا الموارنة واخر من تكلم فيهم وهو بناديكتوس الرابع عشر الذي بعد ان اثنى على الموارنة اوقاتا عديدة قال اخيرا سنة ١٧٥٣ في رسالته الى

neque de Schismate Photii, ut omissio memoriæ Concilii Constantinopolitani IV sit ei contra nos prætextus, et ita deinceps circa alia œcumenica concilia, quorum fere omnium nunc memoriam colimus.

Omnia autem, quæ hucusque relata sunt, probant Maronitas nullum negasse œcumenicum concilium, ut de eis dici possit, quod dicit adversarius de suis Jacobitis, circa jussum colendæ memoriæ concilii IV. Sane hic quoque infirmitas argumentorum adversarii compulit me de multis conticescere, et satis ducere ea falsa, et nihil facienda esse, innuere.

In alia nota, ad finem præcedentis sermonis sui adjecta, dicit adversarius :
« Quoniam Assemanus in Bibl. jur. Or. T. 5. pag. 515. et seq. contendit Romanos Pontifices suæ sententiæ suffragari, liceat mihi animadvertere, neminem melius intelligere, quo sensu Romani Pontifices affirmarunt Maronitas semper erga sedem Apestolicam fideles extitisse, quam ille ex ipsis summis Pontificibus, qui ultimus omnium Maronitarum laudes celebravit, Postremumque de ipsis sermonem habuit. Hic est magnus ille Benedictus XIV. qui postquam variis temporibus Maronitas laudasset, tandem anno 1753. in epistola ad Nicolaum Larcari data, postquam retulisset

نيقولاوس لاركاري بعدان روى زعم الموارنة ان طائفتهم لم تحد
عن الايمان قط ما نصه (كتاب البرات الروماني المطبوع سنة ١٧٥٧
مج ٤ وجه ١٤٠) «ولكن راى غيرهم الخلاف اي زعموا ان
الموارنة برزوا من مدرسة المونوتيليتين وان مارون رئيسهم تشبث
بتلك البدعة وان الموارنة ارتدوا الى الكنيسة الكاثوليكية سنة
١١٨٢ على يد ايمريكوس الثالث البطريرك الانطاكي اللاتيني
وترى ذلك كله في القاموس الكلي الافرنسي واللاتيني مج ٥ في كلمة
موارنة . وفي قاموس موراريوس الذي طبع في بريس سنة ١٧٤٧
مج ٦ في كلمة موارنة» فهل هذا كلام مويد زعم السمعاني والموارنة
او كلام مثبت له كما وهم تبعا للسمعاني بولس بطرس مسعد
بطريرك الموارنة الكلي الاحترام والاعتبار الاتي ذكره . على ان
موراريوس الذي اعزى اليه بناديكتوس الرابع عشر بحث في القولين
على صحة ايمان الموارنة القدما وترك المسيلة دون تصحيح . واما

« sententiam Maronitarum, qui asserebant suam gentem numquam
« a vera fide deflexisse, sic pergit (in Bull. Rom. edit. an. 1757. T.
« 4. pag. 140.): „ *At vero alii contrarium senserunt; arbitrati nimirum sunt,*
« *Maronitas de monothelitarum schola prodiisse, Maronem eorum caput extitisse,*
« *eamdemque hæresi adhæsisse; atque solunmodo 1182, ab Aimero tertio Patriarcha*
« *latino Antiocheno Maronitas fuisse ad Romanam ecclesiam revocatos. Hæc omnia*
« *videre est apud Lexicum universale Gallicum et Latinum Tom. 5. ad verbum Ma-*
« *ronitæ, et apud magnum Lexicon Morerii edit. Parisiensis an. 1747. Tom. 6. ap*
« *verbum Maronitæ, etc.*,, Suntne, quæso, hæc verba sententiam Asse-
« mani Maronitarum qui pro certa habentis, ac, quod multo majus
« est, eam definientis, ut R. P. P. Masaad dignissimus Maro-
« nitarum Patriarcha infralaudandus post Assemanum autumavit ?
« Ceterum Morerius ad quem Benedictus XIV. lectorem remittit,
« utramque sententiam circa antiquorum Maronitarum Orthodoxi-
« am perpendens, rem indeisam relinquit. Lexicum autem univer-

القاموس الكلي فشرح القولين في مجـ ٤ وجـ ١٠٧٣ وايد ما نويد
واعلم ان بناديكتوس قال هذا في الموارنة سنوات بعد ان اشهر
السمعاني الذي كان خادما سريا في قاعته مدافعته عن مارون
والموارنة في مكتبته الشرقية »

اقول قد خرجنا اكثر ما مر من كلام الخصم الى الجهل واما كلامه هذا
فليعذر اذا اجبرنا الحق على ان نسميه مكرا وخبثا فمن تلا بعض السطور
قبل ما رواه من رسالة البابا بناديكتوس الرابع عشر او بعده علم ذات اليقين
ان الحبر الاعظم لم يات بالعبارات التي استشهد بها الخصم الا على سبيل اعتراض
ليفنده فقطع الخصم اثبات البابا السابق ورده الاعتراض التابع واتى بكلامه اصلم
ابتر متعمدا لخدعة قليل الخبرة ولحجب شمس الحق بدخان المكر وهاك اكثر
عبارات هذه الرسالة اثباتا لمقالنا

ان البابا بناديكتوس الرابع عشر بعث بهذه الرسالة الى نيقولاوس

« sale Tom, 4. pag. 1073.—4., utraque sententia exposita, acriter
« tenet pro ea quam tuemur. Non abs re erit etiam notare, Benedic-
« tum hæc de Maronitis protulisse, pluribus annis postquam Asse-
« manus, qui honore cubicularii secreti apud ipsum fruebatur,
« apologiam Maronis Maronitarumque in Bibliotheca Orientali
« publicaverat. »

Majorem partem assertionum adversarii, quas hucusque retulimus, ignorantiæ suæ, tribuimus, at ,,*Summopere dolemus*,, quod veritas hic nos urgeat ad, præsentem sermonem ejus, astutiæ potius, et malitiæ tribuendum. Quicumque enim aliquas legerit lineas ex iis, quæ immediate præcedunt, aut subsequuntur ea, quæ ex Benedi XIV. J. David retulit epistola, pro certo habebit ibi S. Pontificem verba, ab adversario citata, non nisi ut objectionem ad eam confutandam, retulisse, adversarius autem a probationibus Pontificis objectionem præcedentibus, et a subsequentì ad objectionem responso, præscindendo, troncam hanc, et mutilam ex condicto objectionem, minus eruditos decipere, et solem veritatis fumo astutiæ offuscare volens, profert. Ad id autem, quod asseruimus, probandum, majorem nos hujus epistolæ partem in medium proferemus.

Eo quod Cyrillus Tanas Melchitarum Catholicorum Patriarcha S. Maronis effigiem lacerare ausus fuerit, S. Pontifex Benedictus XIV. ad Nicolaum Lercari hanc

لازكاري لداعي تمزيق البطريرك كيرلس تاناس الملكي الكاثوليكي صورة
القديس مارون وهوذا ما يقول هذا العجد المعبدي الفم ((اننا وجدنا بين ما حررته
لدى مثولك امامنا عن قرب ما يلاحظ التعبد للقديس مارون الرئيس وولدنا
العزيز الاب دازيداريوس ... سفيرنا الى الاخ المحترم بطريرك الموارنة كتب
الى المجمع المقدس ان الاخ المحترم كيرلس بطريرك الروم الملكيين مزق صور
القديس مارون المطبوعة في رومة واعلن ان القديس مارون لا ينبغي احصاوه
بين القديسين وقد عاش ومات اراتيكيا ... فما فعلة الاخ المحترم كيرلس
البطريرك من الجسارة ومخالفة الصواب لم يحملنا على العجب فقط بل على الغيظ
الشديد ايضا ... انك لعالم بان القديس مارون كان في اواخر الجيل الرابع
واوائل الخامس وتاوادوريطوس الذي يمكن ان يسمى معاصرا له حرر قصة
سيرته منبيا بفضايله السامية واعماله الجيدة ... قد اثنى تاوادوريطوس على
قداسة القديس مارون في ستة محال متباينة (يعين تلك المحال) والرسالة
السادسة والثلاثون من رسائل القديس يوحنا فم الذهب بعث بها الى الانبا
مارون وقرظ فيها فضايله وساله الصلوة عليه)) ثم يعدد العلما الذين اثبتوا

epistolam scfipsit: « *Inter tua scripta Nobis exhibita cum nuper ad nos accessisti*
« *illud deprehendimus, quod ad cultum S. Maronis Abbatis pertinet, scripsit enim*
« *ad congregationem de Prop. Fide dilectus filius F. Desiderius... quem Nos ablega-*
« *tum Nostrum misimus ad Ven. Fratrem Patriarcham Maronitarum; scripsit, in-*
« *quam, imagines S. Maronis Romæ impressas, a Ven. Fratre Patriarcha Græco-*
« *Melchita Cyrillo discissas fuisse, et palam ab ipso declaratum S. Maronem inter*
« *sanctos minime numerari quippe qui hæreticus vixerit, atque obierit... Nam non*
« *solum admiratione Nos affecit, sed maxime commovit, quod temere atque incon-*
« *sulte factum est a Ven. Fr. Patriarcha Cyrillo... ut tibi compertum est S. Maro*
« *vixit sub fine sæculi quarti, et initio quinti, Theodoretus, qui auctor coevus dici po-*
« *test, cum circa dimidium sæculi quinti floruerit, vitam illius scripsit in qua he-*
« *roicæ S. Maronis virtutes et insigniter gesta enarrantur...porro in distinctis locis*
« *Theodoretus collaudat sanctitatem S. Maroniis...* (Pontifex enumerat hæc loca)...
« *legitur quoque in epistola S. Joannis Chrysostomi trigesima sexta inscripta ipsi*
« *Abbati Maroni, in qua ipsius virtutes laudibus prosequitur ejusque orationibus sese*
« *commendat...* (Citat auctores, qui sanctitatem Maronis Abbatis, et veritatem co-

قداسة الانبا مارون وصحة ما قاله فيه تاوادوريطوس ومنهم لاباوس في مقالته
في تاوادوريطوس وكرناريوس في مقالة ٢ في كتب تاوادوريطوس
وتيلمونتيوس في سيرة تاوادوريطوس وشالير في تاريخ المؤلفين الكنايسيين
وغيرهم الى ان يقول الحبر الاعظم « زد على ذلك ان دير القديس مارون
كان شهيرا كما يظهر من رسالة روسا اديرة سورية الثانية الى هرمزدا الحبر
الاعظم سنة ٥١٧ واول من امضاها اسكندر رئيس دير القديس مارون كما
هو بين من مج ٥ من مجموع المجامع للباوس ومن تواريخ بارونيوس في السنة
المذكورة ومن اعمال المجمع القسطنطيني الذي عقد سنة ٥٣٦ حيث ذكر
هذا الدير ودعى دايما مارون قديسا او طوباويا . . . فهذه جميعها تبين بيانا
ساطعا قداسة القديس مارون وما اصوب واعدل اجابتنا سوال الاخ المحترم
سمعان البطريرك الانطاكي واقتفائنا اثار سالفنا اكليمنضوس الثاني عشر باصدارنا
براءة في ١٢ اب سنة ١٧٤٤ منحنا بها غفرانا كاملا للمومنين الذين يعترفون
ويتناولون القربان الاقدس في التاسع من شباط يوم يعيد الموارنة للقديس
مارون اذا زاروا كنيسة لرهبان او راهبات القديس انطونيوس الانبا او القديس

quod fecerunt hæretici sæculi V. uti superius vidimus, proindeque nomen Maronitarum existebat a sæc. V., non jam sæc. VII coepit existere. Verum est hanc denominationem invaluisse in Maronitas quando, sub finem sæculi VII, Joannes Maro, cœnobii S. Maronis monachus, ipsorum Patriarcha evasit, sed hæc denominatio erat eis antea, uti diximus, et en tibi probationem S. Pontifex Benedictus XIV. in epistola, ad Nicolaum Lercari, an. 1753. sæpius memorata, et alii plurimi, S. Maronem Nationis Maroniticæ Patrem vocarunt. Anne hic sapientissimus Pontifex, alique ignorabant, quod « *S, Maro vixit sub fine sæculi* IV. *et initio quinti* » ? (hæc sunt ipsius Benedicti XIV. verba) quomodo igitur eum Maronitarum Patrem vocaret, si vera esset assertio adversarii, Maronitas scilicet, nonnisi tercentum, circiter, ab ejus ætate annos sæculo nimirum septimo, nomen suum ab eo traxisse? Et Michael le Quien, in indice voluminis III. operis Sui „ Oriens Christianus,, dixit « *Ma-*
« *ronitæ nomen istud sortiti sunt a Marone Sanctissimo Abbate IV. et V. sæculi, quod*
« *subinde tantum abest ut alicujus hæresis fuerit protestativum; quin e contra pub-*
« *lica professionis catholicæ adversus errores Nestorianorum et Monophysitarum in*
« *istis regionibus esset tessera. Quia enim ad cœnobium S. Maronis per illos mona-*
« *chos, de vera fide instruendi, vel in illa confirmandi confluebant quotquot eam*

الثبات عليه ولذا اعتاد الناس ان يسموا مثل هولا موارنة ايضا كانهم اتباع
اخصا لايمان رهبان مارون » وقال انطونيوس زانوليني في مقالاته المعلقة
على قاموسه السرياني وجه ١١ « ما من مرتاب بان الموارنة اخذوا اسمهم عن
هذا القديس الانبا » وقال الاب بريسيوس الكبوشي في مختصر تواريخ بارونيوس
سنة ٤٠٧ في الحاشية « وباسم هذا القديس مارون سمي موارنة لا اولاده
الرهبان فقط بل قوم وافر عديدهم اتبعوا في تلك الامصار دين الحق وتشبثوا
بما سنته المجامع الستة الكبار التي انتصر لها تلاميذه الرهبان » هذا وان خصمنا
لم يقم دليلا على ان الموارنة سموا كذلك في الجيل السابع فدعواه هذه بلا دليل
كعادته في اكثر كلامه . فكانه يعتبر مجرد قوله حكما وقد فاته المبدا ان من
حفظ حجة على من لم يحفظ .

قال « سابعا لم تنسب طايفة الى دير من الاديرة التي كانت
في المشرق وهي لا تحصي الا دير القديس مارون الا يدل هذا كله

« *servare illibatam satagerent; hinc ipsos quoque quasi fidei Maronitarum mona-*
« *chorum sectatores præcipuos nuncupare solebant Maronitas.* » Antonius quoque Zanolini in suis dissertationibus de lingua Syriaca, Lexico Syriaco præmissis pag. 11. de S. Marone loquens dicit « *Ab hoc Sancto Abbate Maronitas Originem traxisse, nemo est, qui ambigat* » Et Brixius Capucinus in compendio Annalium Baronii ad an. 407. in nota dicit: « *Et hujus S. Maronis nomine appellati fuerunt Maronitæ, non* « *solum ejus filii monachi, sed numerosus populus, qui in illis regionibus secutus est* « *veram fidem, et amplexus est ea, quæ sex magna decrevere concilia, quæ defende-* « *runt monachi ejus discipuli:* » Hæc satis sint, et quoniam adversarius non attulit ullum indicium, quo probaret Maronitas sic fuisse sæculo VII. appellatos, sequitur quod assertio ejus sit gratuita, juxta morem ei in plerisque suis dictis familiarem; et videtur quod ipse consideret simplices assertines suas sententiam decisoriam constituere, ignorans, quod qui argumento utitur, potiore jure pollet, quam qui gratis asserit.

Progreditur adversarius dicens « 7. Cur ex infinitis cœnobiis. quæ « in Oriente existebant, nullum nisi istud S. Maronis nomen reli- « giosæ sectæ dedit? Nonne hæc omnia indicant, illius cœnobii in- « colas propter aliquod in religione caput distinctos fuisse, eo tem-

ان سكان ذلك الدير كانوا ممتازين في امر ديني يوم دخل ذلك الاسم»

اقول انما المشكل عندي التوفيق بين قول خصمنا قبلا اذ استشهد برسالة البابا بناديكتوس الرابع عشر الى نيقولاوس ليركاري (التي الكلام فيها بلا مري على القديس مارون) مدعيا ان القديس مارون تشبث ببدعة المشية الواحدة. وبين تسميته هنا مارون هذا قديسا في مشاكله الخامس والسادس والسابع كما رايت. فان اعتبر خصمنا مارون الناسك قديسا كما يسميه هنا فلم اقتساره هناك كلام بناديكتوس الرابع عشر وتشطيره اياه ليكون بغير معناه الظاهر. وان اعتبره اراتيكيا خلافا الكل حق وصواب كما ادعي هناك فما باله يسميه هنا قديسا. فليقل لنا اي قوليه المتناقضين نصدق وبايهما نكذب. وعندي توفيق واحد لهذا التناقض وهو ان من علم غير الحق لا مفر له من التناقض

واما المشكل عند الخصم فاظن المراد به تكثير عدد المشاكل فقط اذ لا اشكال ولو حول خصمنا فكره عند قوله الا يدل هذا على ان سكان ذلك

« pore quo nomen illud invectum fuit ? »

Dico difficultatem reapse penes me esse in conciliando inter assertiooem adversarii antea relatam, quando nobis objecit epistolam Benedicti XIV. ad Nicolaum Lercari, (in qua sine ullo dublo de S. Marone Abbate agitur) prætendens S. Maronem monthelismi hæresi infectum fuisse, et inter appellationem, qua hic Maronem Sanctum in difficultatibus suis 5a., 6a., et 7a., prædicat, uti vidisti. Etenim si adversarius Maronem anachoretam sanctum esse considerat, uti eum hic appellat, cur illo loco verba Benedicti XIV., ut clarum et patentem eorum sensum amitterent, partim violenter extorsit, et partim mutilavit? Et si hæreticvm, contra omne jus et veritatem, considerat, prouti ibi prætendit, cur hic eum sanctum appellat ? Faveat nobis dicere adversarius utrivis contradictoriarum assertionum ejus fides præstanda sit, et quamnam ipsarum ut mendacem et falsam considerare debeamus. Mihi autem hujur contradictionis conciliatio præsto est, et in hoc consistit, quod qui contra veritatem docet, nequit a contradictoriis immunis esse.

Per hanc difficultatem autem puto adversarium nil aliud velle, quam multiplicare numerum difficultatum, ubi nulla est difficultas. Etenim quando adversari-

الدير كانوا ممتازين في امر ديني الى انهم قد امتازوا عن القربان المغوين بعقيدة يعقوب البرادعي وعن جميع الاراطقة في تلك الايام اذ استمروا على الايمان الكاثوليكي وجدوا في استمرار الناس علية وارجاع الضالين اليه لادرك الصواب وعلم بادني تكلف انه كما ان من اتبع يعقوب البرادعي او نسطور او غيرهما من المبدعين نسب اليهم هكذا من اتبعوا اثار هولا الرهبان محافظين على الايمان الصحيح نسبوا اليهم والى ابيهم القديس مارون ونسبات كهذه لها من الامثال مالا يحصي وهل يحتاج الى تكرار القول ان المنسوب اليه انما هو الاشخاص لا الحجار والاخشاب ·

قال « ثامنا ان كان الموارنة اتحدوا كل وقت بالكنيسة الرومانية فكيف لم يوجد بين اثار هذه الكنيسة مدى اجيال عديدة اثر ولو يسيرا لهذا الاتحاد · واقول بالفاظ اخرى ان كان الاحبار الرومانيين رعاة كل حين لهذا القطيع فكيف لم يعرف الرعاة قطيعهم فاول دليل في الكنيسة على هذا القطيع انما هو ارتداده الى

---

us dixit « nonne hæc omnia indicant, illius cœnobii incolas propter « aliquod in religione caput distinctos fuisse ? » si animum advertisset ad hoc quod illi, a Syris Jacobitis,et ab omnibus,illius temporis, hæreticis hoc distincti fuerint, quod firmi fuerint in fide catholica, et sategerint in fideles confirmando, et errantes ad hanc fidem adducendo veritatem agnovisset, et sine difficultate intellexisset quod sicuti ii, qui Jacobum Baradæum, Nestorium, aliosque hæreticos secuti sunt, ab iis nomen sumpserunt, ita ii, qui vestigia horum monachorum sequuti veram fidem servarunt, ab eis et ab eorum Patre S. Marone nomen sumpserunt,relationum autem hujdsmodi exempla innumera sunt, et necessene est repetere, quod supra jam diximus, hanc relationem ad personas dirigi,non ad saxa et ligna ?

Iterum adversarius : « 8. Denique si Maronitæ cum Ecclesia Ro-
« mana semper uniti extitere, qui factum est quod per tot sæcula
« nullum hujusmodi unionis vestigium in monumentis hujus Ec-
« clesiæ inveniatur? Aliis verbis, si Romani Pontifices hujus gen-
« tis semper extiterunt Pastores, quomodo factum est quod Pasto-
« res suum gregem nunquam cognoverint, primumque quod in Ro-
« mana Ecclesia documentum circa illam gentem occurrat, non-

الكنيسة امه في ايام البابا اينوشنسيوس الثالث »

اقول فليفتنا المطالع المنصف من نصدق في معرفة راع بقطيعه ا الراعي نفسه ام فضولي يدعي على القطيع ضلاله وعلى الراعي جهله بخرافه. لا شك الراعي فليرجع خصمنا اذا الى الفصل الاول من كتابنا هذا ويرى كم من هولا الرعاة وقد تفردوا عدالة وعلما خالفوا زعمه مثبتين اتحاد الموارنة كل حين بالكنيسة الرومانية وعدم زيغانهم البتة عن ايمانها القويم . واية بينة اولى بهذا المحل من قول البابا باناديكتوس الرابع عشر في خطبته بكردينالية الكنيسة الرومانية في ١٣ تموز سنة ١٧٤٤ المار ذكرها مرات فانه قد استجمع فيها قوله واقوال بعض اسلافه في اثبات ثبات الموارنة الدايم على الايمان الكاثوليكي قايلا ما ترجمته ((ان الموارنة كانوا كل حين كما هم الان كاثوليكيون بالتمام ومرتبطون بالاتحاد مع هذا الكرسي المقدس ومودون بطريركهم والحبر الروماني كمال الحرمة والطاعة)) الى ان يقول ((ان المطارنة والاساقفة وطائفة الموارنة اجمع يستحقون وافر الثنا ولذا نجلهم من صميم فوادنا بتلك

« nisi ipsius ad Ecclesiam matrem referat conversionem sub Inno-
« centio III. factam ? »

Dico: faveat æquus lector nos docere, cuinam fidem præstare debeamus, circa agnitionem gregis per pastores, anne Pastori ipso, aut alieno, qui assereret gregem aberrantem esse a Pastore, et Pastorem ignorare gregem suum ? Nemo hæret dubius hac in re, sed quique pro certo dicit, pastori potius fidem esse, præ omnibus, præstandam. Adeat igitur adversarius primum hujus nostri libelli articulum, et videbit quot horum Pastorum, justitia et scientia singulari præditorum, contrariam adversario tenuerint sententiam, confirmantes perpetuam Maronitarum cum Ecclesia Romana unionem, asserentesque eos numquam a vera ejus fide aberrasse, et quænam probatio aptior huic loco est verbis, quæ in allocutione ad S. R. Ecclesiæ Cardinales, die 13. Julii 1744. habita, protulit Benedictus XIV., quem sæpe citavimus? Etenim in ea allocutine resumit verba sua, suorumque prædecessorum de perpetua Maronitarum, in fide catholica, stabilitate, dicens: «*Profecto Maronitæ fuerunt SEMPER, quales et hodie sunt, INTEGRE CATHOLICI CUM HAC S. SEDE*
« *CONIUNCTI, et erga suum Patriarcham, tum etiam erga Romanum Pontificem,*
« *obsequii ac reverentiæ pleni,... commendatione pariter summa digni sunt Archiepiscopi et præsules Maronitæ, tum etiam tota Maronitarum gens. Proindeque Nos*

التقاريظ السامية التي جملهم بها الاحبار الرومانيون اسلافنا . فان البابا بيوس الرابع قال فيهم من براته الرسولية انهم الالوف الكثيرة عددا التي لم تجث قط لباعال وما برحوا والاراطقة والمشاقون محدقون بهم ثابتين كل حين على الايمان المسيحي والدين الكاثوليكي . وايد هذا المقال البابا اكليمنضوس الثامن فاردفه بقوله ان الموارنة ادوا في كل وقت الطاعة للكنيسة الرومانية ام جميع الكنائس ومعلمتهن . وقال البابا بولس الخامس في احدى براته ان الموارنة يشبهون الورد لانهم يزهرون في المشرق بين اشواك الغير المومنين وتلك نعمة خاصة اوتوها من الله . وقال البابا اوربانوس الثامن في احدى براته الرسولية لم يذبل بها الكرمل ولم تنتقص كرامة لبنان لان بطاربرك الموارنة واساقفتهم وكهنتهم يحترمون سلطان ماربطرس ويكرمونه بالكرسي الرسولي والحبر الروماني . وقد جمع مثل هذه التقاريظ واعظم منها البابا اكليمنضوس الحادى عشر)) فندع خصمنا وهذه الاقوال السامية ليونب نفسه بعد مطالعتها .

اما الاثار القديمة جدا من الجيل الثامن الى الحادي عشر فهولا الاحبار الاعظمون اولى من الخصم بالحكم عليها وعدم بلوغها الينا لا ينتج منه عدم

« amplissima illa elogia, quibus Romani Pontifices Prædecessores Nostri eam coho- « nestarunt, libenter subscribimus: cum Pius IV. in quibusdam suis Apostolicis lit- « teris affirmaverit tot millia hominum, quibus componitur, numquam adorasse « Baal; qui tametsi hæreticis et schismaticis circumsepti, semper tamen in christia- « na fide, et catholica religione constantes perstiterunt, cum Clemens VIII. hoc ip- « sum confirmaverit addendo, Maronitas Romanæ Ecclesiæ Parenti omnium fideli- « um, et magistræ, semper obedientiam præstitisse; cum Paulus V. in suis litteris « Maronitas rosarum similes esse dixerit, quod singulari Dei gratia, inter spinas « infidelitatis in Oriente florent; cum urbanus VIII. in suis pariter Apostolicis lit- « teris asseruerit, non concidisse Carmeli decus, neque extinctam esse Libani glor- « iam; quandoquidem Patriarcha, præsules, et Sacerdotes Maronitæ, in Apostolica « Sede ac Romano Pontifice Divi Petri Auctoritatem venerantur: cum denique Clem. « XI. in suis Apostolicis Brevibus in lucem editis similia et alia plurima in Maro- « nitarum commendationem congesserit » Adversarium nostrum in hæc sublimia verba hærentem relinquamus ut, iis lectis, se ipsum redarguat.

De monumentis autem vetustissimis a sæc VIII. ad XI. hi summi Pontifices potiori, quam adversarius, jure pollent judicandi, ex eo autem quod hæc ad nos non

وجودها خاصة اذا راعيت حالة الاجيال المتوسطة وكثرة نكبات المشرق
واستيلا الغير المومنين فيه ومجاهرة الموارنة بمعتقدهم الكاثوليكي وعدم مسالمتهم
خصماه كالبعض غيرهم وان قلة الاثار الشرقية من الاجيال المتوسطة ليست
عند الموارنة وحدهم . وحسبنا اننا برهنا ان طايفتنا كاثوليكية منذ اصلها .
وان عندنا اثارا لذلك منذ هذا الاصل ومن قبل الوقت الذي يدعى خصماونا
ردة اجدادنا فيه الى الايمان الكاثوليكي . واننا رددنا ونرد كل اثر مخالف
لذلك اورده علينا اخصامنا . واننا اثبتنا بشهادات من لا ترد شهادتهم ثبوت
اجدادنا كل حين على الايمان القويم . ومن يطالب منه فوق هذا .

واما الاثار منذ الجيل الحادي عشر وصاعدا فكثيرة . وقد ذكرنا بعضها .
ومن اثر الاطلاع على اكثر مما ذكرنا فليرجع الى مولف البطريرك اسطفانوس
الاهدني في اصل الموارنة والاحتجاج عنهم والى كتاب الدر المنظوم للعلامة
بطريركنا ونستغني بالاشارة الى ما رويناه قبلا مع اضافة اليه . فمنه قول
غوليلموس الصوري في ك ٧ في تاريخ الحرب المقدسة راس ٢١ انه عند قدوم
الافرنج اخر الجيل الحادي عشر اهداهم المومنون سكان لبنان الطرق وانجدوهم

pervenerint, argui non potest eorum non existentia, præsertim si considerentur circumstantiæ medii ævi, et vicessitudines orientis, et dominatio infidelium in eo, et nimis publica Maronitarum catholicæ fidei professio, et quod cum fidei adversariis, ut alii fecerunt, non transegerint, et quod defectus monumentorum, medio ævo, non est penes solos Maronitas; nobis autem satis est ostendisse Nationem nostram vel a suis exordiis catholicam fuisse, nosque habere monumenta hoc comprobantia, vel ab illo exordio et tempore anteriore illo, quo adversarii Patrum nostrorum ad fidem catholicam conversionem evenisse prætendunt, et quod confutaverimus et confutemus omne, quod nobis opponerent adversarii, monumentum huic contrarium, et quod testimoniis irrefutabilibus perpetuam Patrum nostrorum, in fide orthodoxa, constantiam probaverimus, quid hoc magis a nobis exigi potest ?

Quoad monumenta autem, quæ respiciunt tempus inde a sæc. XI. decurrens, hæc numerosa sunt, et jam aliqua eorum memoravimus, qui autem cupit majora iis videre, adeat opus Patriarchæ Stephani Aldoensis Edenensis de origine et vindiciis Maronitarum; et opus Aldorr-ul-Manzum doctissimi viventis Patriarchæ nostri, et hic sat est innuere quæ retulimus antea, pauca iis addendo, ex his autem sunt verba Gulielmi Tyrii lib 7. hist. Belli Sacri cap. 21. quod, quando sub finem sæc XI.

ومنه قدوم توما الكفرطابي الى لبنان في اواخر الجيل الحادي عشر واوائل الثاني عشر وجهده في اطغا الموارنة وعودته نادبا خيبوبة اماله كما يظهر من كتابه المقالات العشر · ومنه ارسال البطريرك يوسف الجرجسي وفودا الى الحبر الروماني في مبادي الجيل الثاني عشر طالبا التثبيت فارسله اليه البابا بسكاليس الثاني · ثم تقرير بطريرك الموارنة وبعض اساقفتهم واعيانهم طاعتهم للحبر الروماني سنة ١١٣٠ في اطرابلس على يد الكردينال غوايلموس · ثم ذهاب بطريركنا ارميا العمشيتي بنفسه الى رومة في مبادي الجيل الثالث عشر وحضوره في المجمع اللاتراني الرابع سنة ١٢١٥ · والاثار بعد ذلك لا تحصى · والى هذه وغيرها اشار الاسقف جبرايل ابن القلاعي في رسالته سنة ١٤٩٤ الى بطريركنا سمعان الحدثي مغريا اياه بالاعجال في طلب التثبيت من الحبر الاعظم كعادة سلفائه بقوله «لا يستطيع احد ان يخاصمني زاعما ما قلته لك امرا حديثا فيشهد لي به خمسة عشر كتابا باباوية بختومها ورصاصها جمعتها من امصار عديدة وهي الان عندك في ديرك تنطوي على ايمان القدما منكم . . .

Franci ad finitimas Libani pervenerunt, fideles Libani incolæ vias eis ostenderint et eis auxilia tulerint, et ex his Thomæ Caphartabensis sub finem sæc. XI. et initio XII· in Libanum adventus, et ejusdem in pervertendis Maronitis studium, tum reditus ejus deplorantis spem amissam obtinendi intentum, uti patet ex ejus decem propositionum libro, ex his etiam est missio legatorum ad R Pontificem per Patriarcham Josephum Georgesceum initio sæc. XII. ad petendam confirmationem, quam ei Pontifex Pascalis II. misit, dein renovatio obedientiæ Romano Pontifici a Patriarcha Maronitarum et nonnullis eorum Episcopis et principibus, Tripoli Syriæ an. 1130. coram Cardinali Willelmo facta, tum Patriarchæ Hieremiæ Amscitensis Romam iter, initio sæc. XIII. susceptum, et præsentia ejus in Concilio Lateranensi IV. an. 1215. Monumenta post hæc fere innumerabilia sunt. Ad hæc et alia alludit Episcopus Gabriel Bar-Qlajus in epist. an. 1494. ad Patriarcham Simeonem Hadetensem missa, qua eum hortatur ut, quam primum, peteret Pallium confirmationis a S. Pontifice juxta morem prædecessorum Suorum dicens « *Nemo potest objicere* « *mihi dicens, novum esse id, quod Tibi dixi, etenim testes mihi sunt de hujus rei* « *veritate quindecim litteræ Papales sigillis et plumbis suis munitæ, quas ex diver-* « *sis regionibus collegi, et quæ nunc sunt apud Te in cœnobio Tuo complectentes fi-* « *dem majorum vestrorum.... juramentum vestrum, et Chirographa vestra Romam*

وبينكم وخطوط ايديكم على يد الاب غريفون والاب اسكندر والاب سمعون ما برحت في رومة وقبل هذه المرسلة على يد الاب يوحنا وكيل بطريركم يوحنا الجاجي في مجمع فلورنسا . . . ومن قبله على يد الراهب اوماريكوس ومن قبله على يد الكردينال غواليلموس . . . وكان بطريركم غريغوريوس الحالاتي . . . ومن قبله استنقذ الملك غوفراد اورشليم ومع سفرايه وصلت وفود البطريرك يوسف الجرجسي الى رومة » واما ما ذكره خصمنا عن ردة الموارنة في ايام البابا انوشنسيوس الثالث فقد تقدم رده .

قال خصيانا تاسعا واخيرًا رجائي ممن زعموا كالسمعاني (في المكتبة الشرقية مج ١ وجه ٥٠٧) ان الموارنة انفصلوا عن باقي الشرقيين فرارًا من الالتطاخ ببدعة المشيئة الواحدة ان يبينوا لي من جميع التاريخ الشرقي كنيسة واحدة غير كنيسة الموارنة التطخت بارطقة المشيئة الواحدة كبدعة مخصوصة بعد تحريم هذا الضلال في المجمع السادس او اسقفاً واحدًا غير ماروني دافع عن هذه البدعة بالخصوص او شعباً واحدا غير الموارنة لزمه عند ردته

« per P. Griphonem, et P. Alexandrum, et P. Simeonem missa adhuc extant Romæ « Et ante ipsa, illa quæ missa sunt per P. Joannem Superiorem Beryti et Procura- « torem Patriarchæ vestri Joannis Giagensis et ejus ad Concilium Florentinum lega- « tum ... et ante ea per Monachum Aumericum, et ante ea per Cardinalem Guliel- « mum....et erat Patriarcha vester nomine Gregorius de Halat, et ante ea Rex Gu- « fredus terram santam liberavit, et cum ejum legatis Patriarchæ Josephi Geor- gesei ablegati Romam pervenerunt » Quod autem refert adversarius, de conversione Maronitarum, tempore Innocentii III, jam confutatum est.

Pergit adversarius « 9. Tandem eos, qui cum Assemano tenent, « Maronitas propter monothelismi horrorem a cæteris orientalibus « populis se sejunxisse (Bibl. Or. Tom. 1. pag. 507. col. 2.), amice « lacesso, ut velint, ex tota Orientali historia, inde a tempore quo « monothelismus in concilio VI. damnatus est, mihi indicare unam « ecclesiam extra Maronitarum castra monothelismo, ut hæresi pe- « culiari, infectam, unum episcopum non Maronitam qui hanc hæ- « resim specialiter defenderit, denique unum populum qui in sua « conversione ad Ecclesiam Catholicam debuerit monothelismum

الى الكنيسة الكاثوليكية ان تجحد بدعة المشيئة الواحدة »

اقول من لا يرى ان دعاوي خصمنا هذه ليست الا تهماته السابقة المفندة كلمة كلمة والمدحوضة حرفا حرفا فاية قوة لها بعد تفنيدها او تزييفها وقد وقع الخصم فيما سماه المنطقيون المصادرة وطلب المبدا اذ جعل مجرد دعواه على كنيسة الموارنة واساقفتها وشعبها عمدة برهانه وكانه اراد تبرية كل شعب من هذه البدعة ليخصها تفضلا بالموارنة . هذا ومما لا يشوبه ريب ان هذه البدعة نشات منذ سنة ٦٢٨ ومنذ انشايها انفصل الموارنة من اللاحقين بها ولم تضمحل بعد المجمع السادس فقد بقيت في البطريركية الانطاكية كما صرح به البابا بناديكتوس الرابع عشر بقوله المكرر ذكره ان الموارنة وقاية لانفسهم من هذا الضلال انتخبوا لهم بطريركا في اواخر الجيل السابع . وبقيت في كنيسة القسطنطينية في ايام يوستنيانوس الاخرم وبعده في ايام الملك فيلبوس حتى عقد مجمع سنة ٧١٢ في القسطنطينية تاييدا لهذه البدعة فعزل المجمع قورش بطريركها وخلف له يوحنا كما روى كباسوسيوس في تاريخ الجامع في خلاصة

« abjurare, præter Maronitarum gentem.»

Dico: quis non videt quod causæ, quas adversarius contra nos movet, non sint nisi præcedentes ejus calumniæ, quas ad verbum confutavimus, quamnam vim igitur habent, postquam eas refutavimus earumque inanitatem ostendimus. Adversarius autem hic incidit in petitionem principii, cum tota vis argumenti sui consistat in sola assertione sua contra Maronitarum Ecclesiam, Episcopos, et populum. Et quasi voluit omnes de hac hæresi purgare populos, ut, pro speciali sua in nos benevolentia, particularem eam efficeret Maronitis! Extra dubium autem est hanc hæresim an. 628. exortam esse et Maronitas ab ejusdem hæresis sectatoribus, vel ab ejus exordio se separasse, ipsamque hæresim post concilium VI extinctam non esse Etenim ipsa in Patriarchatu Antiocheno remansit, uti Benedictus XIV. clare docuit, verbis jam a nobis sæpe citatis « *Maronitæ, scilicet, ut se ab hac hæresi* « *integros servarent, statuerunt sibi Patriarcham eligere sub fine sæculi VII.;* » remansitque etiam in Ecclesia Constantinopolitana, tempore Justiniani Rhinotmeti, et post eum Philippici Imperatoris tempore, ita ut an. 712. ad hanc hæresim sustinendam conciliabulum Constantinopoli coactum fuerit, quod Cyrum Patriarcham deposuit, et in ejus locum Joannes suffectus fuit, uti refert Cabasutius in historia

تاريخ كنيسة الجيل الثامن · وعقد هناك مجمع اخر سنة ٧١٥ راسه البطريرك
جرمانوس دفعا لضلال المشية الواحدة وتاييدا للمجمع السادس كما هو بين
في كتاب الجامع · وقد بقيت ايضا عند ملكية الاسكندرية وجحدوها في زمان
قزما بطريركهم سنة ٧٤٢ كما صرح به تاوفان في تاريخ تلك السنة وقد
روينا قوله قبيله · وكانت هذه البدعة وما برحت الى اليوم في يعاقبة خصمنا
اذ كان اثناسيوس بطريركهم المار ذكره من منشئيها وكانوا هم اول من التقفها
لكونها نتيجة تعليمهم بالطبيعة الواحدة فلو صح ان في المسيح طبيعة واحدة لكان
فيه مشية واحدة فما المشية الا خاصة الطبيعة · واليعاقبة لم يكونوا يفرقون
بين معتقد الطبيعة الواحدة ومعتقد المشية الواحدة كما حققه السمعاني سندا
الى تاوفان ايضا (في المكتبة الشرقية مج ١ وجه ٥١٢) بقوله «ان السريان
الاقدمين والمجددين تبعا لاثناسيوس وسرجيوس وبولس لم يكونوا يفصلون
بدعة من اخرى بل كانوا يقرنون بدعة المشية الواحدة مع بدعة الطبيعة
الواحدة كما يظهر من قول تاوفان المار ذكره ومن اتحاد الضلالين نفسهما»
فهذا يغنينا عما سواه في اجابة رجا خصمنا · وكلام البابا بناديكتوس الرابع
عشر المار ذكره بان الموارنة انفصلوا عن سكان البطريركية الانطاكية وقاية

conciliorum in Synopsi historiæ Ecclesiæ sæculi VIII. Pariter an. 715. præsidente Patriarcha Germano, aliud contra monothelismum et in confirmationem concilii VI.' concilium, ibi, coactum fuit, uti videre est in libro conciliorum; et remansit penes Melchitas Alexandriæ, qui eam abjurarunt tempore Cosmæ eorum Patriarchæ an. 742. uti clare refert Theophanes, in hist. ad illum annum, quod supra vidisti, et erat hæc hæresis et remanet ad hanc usque diem apud adversarii Jacobitas, cum Athanasius eorum Patriarcha supra citatus ex ejus promotoribus principulibus fuisset, et ipsi primi, qui eam arripuerint, quia ipsa necessarium est doctrinæ eorum de una in Christo natura consectarium. Etenim si vere in Christo esset una natura, una sane esset in eo voluntas; voluntas enim non est, nisi proprietas naturæ, imo ipsi Jacobitæ monothelismum a monophysismo non separabant, uti ex Theophane confirmat Ass: Bibl. Or. T. I pag 512. dicens: «*Syri tamen tum antiquiores, tum recentiores, Athanasi-*
« *um, Sergium, et Paulum sequuti, unam ab altera hæresim nequaquam separabant,*
« *sed monothelismum, monophysismo confundebant, ut ex allato Theophanis loco,*
« *et ex erroris ipsius connexione colligitur.* » Hoc nos, ab alio in exaudienda petitione adversarii dispensat, et quod ex Sapientissimi Benedicti XIV. verbis superius

لانفسهم من هذه البدعة نص صريح مغن عن كل ما سواه في تفنيد زعم الخصم هنا وافحامه ·

قال خصمنا في متن كلامه بعد ما مر «ومن هذا ينتج صراحة ما نقوله في البطريركية التي للموارنة اليوم اي انه لايمكن ان يقال البتة انها صادرة عن البطريركية التي اسسها بطرس الطوباوي في انطاكية وقد مران الامر كذلك في بطريركيتي السريان والكلدان فالحق ان بطريركية انطاكية القديمة والشرعية حفظت عند الملكية منذ شتتت الارطقات شمل المشرق» وعلق باثر هذا حاشية قال فيها «انه لما صير يوحنا مارون اول بطريرك على الموارنة كان على الكرسي الانطاكي بالنوع الصحيح والشرعي اما تاوافان الذي اقامه اباء المجمع السادس اما خليفته جيورجيوس الذي اثبت السمعاني (في مكتبة الناموس مجه وجه ٢٧) ان

retulimus, nimirum « *cum hæresis monothelitarum in Patriarchatum Antiochenum « grassaretur, Maronitæ, quo se ab ea contagione integros servarent, statuerunt sibi « Patriarcham eligere qui a Romano Pontifice confirmaretur* » perspicuum constituit documentum, quod in futili hac adversarii assertione confutanda, nos a quacumque alia probatione dispensare potuisset.

Progreditur adversarius in textu dissertationis suæ dicens: « Ex his jam « sponte fluit quid dicendum sit de Patriarchatu qnem hodie Ma-« ronitæ tenent, videlicet illum nullo modo dici posse ex eo deri-« vari qui a B. Petro Antiochiæ fundatus est, non secus ac, ut su-« pravidimus, res se habet quoad Syrorum et Chaldæorum Patriar-« chatus. Revera enim antiquus ac legitimus Patriarchatus Antio-« chenus ex eo tempore quo hæreses orientem dilacerarunt, ut sup-« ra ostendimus, apud Melchitas conservatus fuit. » Huic notam adjecit dicens: « Tempore quo Joannes Maro dicitur primus Maronitarum « Patriarcha institutus esse, Antiochenam sedem pacifice ac legit-« time occupabat, vel Theophanes, a concilii VI. œcumenici Patri-« bus creatus, vel ejus sucessor Georgius, quem Assem. ipse (Bibl. « Jur Or. tom. 5. pag. 27.) affirmat legitime fuisse electum, conci-

انتدابه كان شرعياً وحضر مجمع قصر الملك (هناك وجه ٣٣)
ولا اعلم في اي وقت بعد ذلك ولا باية طريقة اضاع خلفاؤهما
حقهم في الكرسي الانطاكي ليلزم ان تخلف لهم سلسلة بطاركة
حديثة »

اقول ان خصمنا ذكر في وجه ٩٤ من كتيبه ما يتعلق بهذا الامر فقال
« واما في بطريركية الفرع الاخر من الامة السريانية وهم السريان
اليعاقبة وبطريركيتهم تسمى انطاكية فسبيلنا ان نبين انه اذا
اعتبر اصلها ونوع وجودها فلا يمكن ان يكون لها حق شرعي
البتة لانه كلما كان السريان ملتطخين ببدعة الطبيعة الواحدة
كان البطريرك الانطاكي الحقيقي والشرعي من كانت تقر له
الكنيسة الكاثوليكية وكان هذا البطريرك بطريرك الملكية الى
القرن الحادي عشر الذي كمل فيه انشقاق فوتيوس في المشرق »
فمن مقاله هذا يظهر ان البطريرك الحقيقي والشرعي انما هو من تقر له الكنيسة
الكاثوليكية اي من كان كاثوليكيا وعليه قال ان بطريرك اليعاقبة لم يكن

« lioque Trullano ad fuisse (ib. pag. 33.). Ex eo tempore, nescio
« quo anno et qua ratione horum successores potuerunt jus in se-
« dem Antiochenam amittere, ut eorun loco novam Patriarcharum
« seriem erigi oporteret.»

Dico adversarium in libello suo pag. 94. aliqua ad hoc spectantia memoravisse:

« Quod attinet, ait, ad alterius familiæ Syro-Chaldaicæ patriarcha-
« tum. id est Syrorum Jacobitarum, qui Antiochenus vocatur, lice-
« at nobis animadvertere, illum, considerata ejus origine et ratione
« qua natus est,nullum omnino habere potuisse jus legitimum,cum
« toto eo tempore quo Syri monophysismo infecti erant, verus ac
« legitimus Patriarcha Antiochenus ille erat solus, quem Ecclesia
« Catholica agnoscebat, quique usque ad sæculum XI. quo Photia-
« num schisma in oriente consummatum fuit,Patriarcha Melchita-
« rum erat.» Ex his patet Patriarcham verum et legitimum esse eum, quem
Ecclesia Catholica agnosceret,scilicet qui catholicus esset,et ideo dixit Patriarcham

شرعيا وان بطريرك الملكية لم يبق بطريركا انطاكيا شرعيا بعدان لحق بانشقاق فوتيوس . وهذا صواب بين . وعلى هذا المبدا الصحيح نجيبه رادين زعمه نظرا الى بطريركية الموارنة .

من البين المجمع عليه ان المجمع السادس عزل مكاريوس الاراتيكي بطريرك انطاكية وخلف له تاوافان الكاثوليكي وان تاوافان هذا عاش الى سنة ٦٨٥ وتوفاه الله فاقام الموارنة القديس يوحنا مارون بطريركا انطاكيا سنة ٦٨٥ المذكورة وكانوا هم حينيذ الجمهور الكاثوليكي في بطريركية انطاكية وقد ضبطوا كل ما كان من حدود انطاكية الى اورشليم كما مر ولم يكن فيها غيرهم من الكاثوليكيين الا قليلاين متشتتين كما مر انفا وهذا ما حققه البابا باديكتوس الرابع عشر بقوله المكرر ذكره انه لما افسدت بدعة المشية الواحدة البطريركية الانطاكية جزم الموارنة في اواخر الجيل السابع ان يختاروا لهم بطريركا يثبته الحبر الروماني. نعم انه وجد في اثنا ذلك بطريرك انطاكي يسمى جيورجيوس الا ان هذا البطريرك لم يكن مستقيم الامانة وقد اختاره الاراطقة او بالاحري الملك يوستنيانوس الاخرم الذى اثبتنا تاييده بدعة المشية الواحده ولم يكن مقيما

Jacobitarum legitimum non esse, et Patriarcham Melchitarum, postquam Photianum sequutus est schisma, legitimum Antiochiæ Patriarcham amplius non esse. Hoc verum et clarum est, et huic vero principio innixi adversario, ejusdem, de Maronitarum Patriarchatu, assertionem confutantes, respondemus.

Notum et extra omnem controversiam est, sextam Synodum Macarium hæreticum Antiochiæ Patriarcham deposuisse, eique Theophanem Catholicum substituisse, et Theophanem hunc ad an. 685. usque vixisse, itaque, eo mortuo, Maronitæ eodem an. 685. S. Joannem Maronem in Antiochenum Patriarcham elegerunt, cum ipsis tunc constaret factio catholica Patriarchatus Antiocheni, a finitimis Antiochiæ usque ad S. Urbem Hierusalem dominans, nec alii, in eo Patriarchatu, catholici, nisi parvæ fractiones hic illic sparsæ existerent, uti superius indicavimus. Hoc intendit Benedictus XIV. verbis sæpe sæpius citatis, scilicet « *Quod sæculi VII. prope finem cum* « *hæresis monothelitarum in Patriarchatum Antiochenum grassaretur, Maronitæ,* « *quo se ab ea contagione integros servarent, statuerunt sibi Patriarcham eligere, qui* « *a R. Pontifice confirmaretur.* » Verum est illo intervallo Patriarcham quendam, nomine Georgium, Sedem Antiochenam occupasse, at hic Patriarcha orthodoxus non erat, cumque hæretici, seu potius Justinianus Rhinotmetus Imperator, qui, uti

في انطاكية كرسيه بل في القسطنطينية كما سنبين في رد استشهاد الخصم بالسمعاني هنا . ومن بعد وفاة جورجيوس هذا لم يقم بطريرك لباقي السريان او الروم في بطريركية انطاكية مدة اربعين سنة فكان البطريرك الكاثوليكي في كرسي انطاكية بطريرك الموارنة وحده كما حققه تاوفان المورخ في تاريخ سنة ٧٤٢ متكلما في وفاة هشام خليفة العرب قايلا « ان كنيسة انطاكية المقدسة فرغت من راع لها مدة اربعين سنة ... فردها الى حالها القديمة مبيحا ان يختاروا للبطريركية راهبا سريانيا يسمى اسطفانوس كان صديقا له » وقال الاب ميخائيل لاكوبان في مولفه المشرق المسيحي مج ٢ وجه ٦٩٣ عد ٢٦ « ان مكاريوس البطريرك الانطاكي الاراتيكي بعد ان حرمه المجمع السادس وارسله الى رومية املا باصلاح نفسه اقيم مكانه في القسطنطينية تاوفان فاقام في هذه المدينة الملوكية كسالفه ومن بعده خليفته اذ لم يبح الدراكسة دخول انطاكية ولكن انفصمت حالا مرة اخري سلسلة الروسا الانطاكيين نيف واربعين سنة الى السنة الثانية من الملك قسطنطين الزبلي » وقال مكاريوس بطريرك الملكية الانطاكي في فهرست البطاركة الانطاكيين الذي كتبه بالعربية

---

vidimus, fautor erat monothelismi, elegerunt, nec Antiochiæ, in Sede sua, residebat sed Constantinopoli, uti ostendemus quando refutabimus adversarium citantem huc Assemanum. Hoc Georgio mortuo, per quadraginta annos in Patriarchatu Antiocheno nemo electus fuit Patriarcha pro Syris, aut Græcis, proindeque solus Maronitarum Patriarcha catholicus erat in sede Antiochena, uti affirmavit Theophanes ad an. 742. loquens de obitu Hisciami Arabum Chaliphæ sequentibus verbis « *Hic* « *S. Antiochiæ Ecclesiam pastore jam annos 40 viduatam....pristino statui reddidit,* « *quemdam enim monastici instituti Syrum nomine Stephanum sibi familiarem* « *Patriarcham eligendi liberam fecit potestatem.»* Et P. Michael Le Qoien in opere „Oriens Christianus„, tom. 2. col. 693. N. 26. ait: « *Macario Antiochiæ Patriarcha* « *hæretico in VI. Synodo generali damnato Romamque emendationis gratia misso,* « *Constantinopoli, ut ante, in illius locum suffectus fuit Theophanes, qui in hac Urbe* « *regia velut decessor suus commoratus est, ejusque subinde successor. cum ipsis* « *minime per Saracenorum dinastas liceret Antiochiam adire; interrupta vero mox* « *iterum fuit Antiochenorum præsulum series, per quadraginta pluresque insuper* « *annos, usque ad Constantini Copronymi Imperatoris annum secundum.»* Et Macarius Antiochenus Melchitarum Patriarcha in Catalogo Patriarcharum Antioche-

سنة ١٦٦٥ للمخلص راس ٢٧ » وبعد تاوفانس صور الكسندروس الثاني (كذا يسمي جيورجيوس المار ذكره وكذا سماه كثيرون) بطريركا على انطاكية اقام ست عشرة سنة وتوفي وكانت انطاكية اقامت اربعين سنة بغير بطارك لان امارة العرب المسلمين لم ياذنوا ان يصير بطاركة عليها وبعد فنا البطاركة مكدونيوس وجرجس ومكاريوس وتاوفانوس والكسندروس لم يشرطن بعدهم اخر على انطاكية في القسطنطينية من بطاركة انطاكية » وقد حقق السمعاني ذلك في مكتبة الناموس وجه ٢٧ ووجه ٥٠٠ و ٥٠١ من المجلد الخامس . وفي مقالته في بطاركة اليعاقبة المعلقة على ترجمة تاريخ بطرس الراهب وجه ١٧١

ونعم روى بارونيوس في تاريخ سنة ٦٨٦ عدد ٥ انه من بعد تاوفان صير قسطنطين بطريركا على انطاكية بقوله « واما ما عمله البابا قونون فقد روي انسطاسيوس انه لم يحسن ماصنع عند فراغ كنيسة انطاكية من راع لها بوفاة تاوفان من رسامته باغرا بعض الكنائسيين له ودون استشارة اكليروس الكنيسة الرومانية قسطنطين شماس كنيسة سيراكوسا ومدبر املاك الكنيسة الرومانية في صقلية ومنحه درع الرياسة كالعادة الا ان قسطنطين

---

norum, quem arabice scripsit an. 1665. cap. XXVII inquit: « *Post Thophanem Alexander* « *II.* (sic vocat Georgium supradictum, quemadmodum multi eum vocarunt) *factus* « *est Patriarcha Antiochenus* 16. *annos sedit, et mortuus est, et Antiochia per* 40. *annos* « *jam viduata erat, quia principes Arabum Musulmani non permiserunt eis eligere* « *pro illa Patriarchas; et post obitum Patriarcharum Macedonii, Georgii, Macarii,* « *Theophanis, et Alexandri, nemo Constantinopoli ex Antiochiæ Patriarchis, super* « *Antiochiam Chirotoniam suscepit* » Et affirmavit hoc Assemanus Bibl jur Or. tom. 5. pag. 27.—500.—501. et in dissertatione sua de Patriarchis Jacobitarum ad hist Petri monachi adjecta pag. 171.

Verum est etiam Baronium ad an. 686. N. 5 referre quod post Theophanem factus sit constantinus Patriarcha Antiochenus dicendo: « *quod rursum ad Cononis* « (Papæ) *res gestas pertinet, illud perperam factum ab eo Anastasius tradit, quod* « *quum morte Theophanis vacaret Ecclesia Antiochena pastore quorumdam eccles-* « *iasticorum persuasione, inconsulto Romanæ Ecclesiæ clero, ordinavit Constanti-* « *num Diaconum Ecclesiæ Syracusanæ, rectorem nunc Patrimonii R. Ecclesiæ in* « *sicilia eique Pallium ex more concessit.* » At Constantinum istum nemo veterum

هذا لم يذكره احد القدما ورواية انسطاسيوس نفسها التي اعتمد عليها بارونيوس غير صحيحة فهي محرفة وقد وقع خطا بنقلها وقد حقق السمعاني (في مج ٥ من مكتبة الناموس وجه ٢٧) ان نسخة كتاب انسطاسيوس التي اصلحها فابراتيوس معارضا اياها على ثلث نسخ مخطوطة لا ذكر فيها البتة لانطاكية وبطريركيتها وان عبارات انسطاسيوس الصحيحة هي هذه ان قونون « هذا اقام خلافا للعادة ودون رضا الاكليروس وباغرا بعض الاشرار بغضة بالكنائسيين (في اللاتينية انطيباتيا فتصحفت بانطيوكيا والكنايسيين تصحفت بكنيسة) قسطنطين شماس كنيسة سيراكوسا في املاك الكرسي الرسولي في صقلية » وعليه ((فمن لا يرى (كما قال السمعاني) ان ليس في نص انسطانيوس هذا كلمة بنة في رسامة قسطنطين بطريركا على انطاكية))

اما ما رواه خصمنا عن جيورجيوس ان السمعاني اثبت (في مج ٥ وجه ٢٧ من مكتبة الناموس) ان انتدابه كان شرعيا وانه حضر في مجمع قصر الملك (وجه ٣٣ هناك) فروايته صحيحة نظرا الى حضور هذا البطريرك في ذلك المجمع لا نظرا الى ان انتدابه كان شرعيا فما قال السمعاني في وجه ٢٧ المذكور في جيورجيوس هذا انما هو ان قسطنطين المار ذكره لم يصر قط بطريركا انطاكيا وان الذي صير بعد

memoravit, et ipsa Anastasii relatio, quæ ansam præbuit errori Baronii corrupta est, et Assemanus (Bibl. jur. Or. Tom. 5. pag. 27.) demonstravit, in textu Anastasii a Fabrato ad tres Codices manuscriptos emendato, de Antiochia ejusque Patriarchatu nullam fieri mentionem, textumque Anastasii correctum hunc esse, nimirum « *Hic* (Conon) *ultra consuetudinem, absque consensu cleri, et immissione malorum* « *hominum in antipathia ecclesiasticorum* (antea corrupte legebatur „in Antiochia) « *Constantinum Diaconum Ecclesiæ Syracusanæ in patrimonio siciliæ constituit.* » Hac de causa dicit Assemanus « *Quis non videt, in hoc Anastasii textu, de Cons-* « *tantini in Patriarcham Antiochenum inauguratione, ne verbum quidem fieri ?* »

Quod autem retulit ådversarius de Georgio, quod scilicet Assemanus Bibl. jur. Or. tom. 5. pag. 27. adstruxit electionem ejus fuisse legitimam, et eum adfuisse concilio Trullano (ibidem pag. 33) hoc verum est quoad præsentiam hujus Patriarchæ in illo concilio, non quoad legitimum jus electionis ejus Quod enim dixit Assemanus pag. 27. cit. de hoc Georgio, est quod Constantinus supra memoratus numquam factus fuit Patriarcha Antiochenus, et quod qui fuit Patriarcha Antiochenus

ثاوفان بطريركا على انطاكية انما هو جيورجيوس الذي يرى اسمه في المجمع السادس قسا وراهبا وقد امضى في مجمع قصر الملك هكذا ((الحقير جيورجيوس اسقف انطاكية امضيت حاكما ايما رسم)) وان مكاريوس البطريرك الملكي الانطاكي المار ذكره سماه في فهرست بطاركة انطاكية اسكندر . فهذا خلاصة كل ما قاله السمعاني في جيورجيوس هذا في الوجه الذي عينه الخصم . وكل يرى انه لا ينتج من كلامه البتة كون انتداب هذا البطريرك شرعيا بل الذي اظنه انه كما ان الملك قسطنطين اختار مكدونيوس وجيورجيوس ومكاريوس البطاركة الانطاكيين المونوتيليتيين كما حققه السمعاني في مجـ ٤ من مكتبة الناموس راس ٢٠ هكذا يوستنيانوس الاخرم مويد هذه البدعة اختار جيورجيوس هذا الذي اقام في القسطنطينية كسلفايه البطاركة المذكورين

واما حضور هذا البطريرك في مجمع قصر الملك فقد اثبته السمعاني في مجلد ٥ من مكتبة الناموس وجه ٣١ سندا الى امضائه في اعمال هذا المجمع وان على الهامش والى ما ذكره من البرهان بقوله ((كما لا يمكننا ان ننكر ان بولس بطريرك القسطنطينية حضر في مجمع قصر الملك هذا فكذا نوجب القول

post Theophanem, fuit Georgius, cujus nomen invenitur in sexta Synodo dum esset Sacerdos et monachus, et concilio Trullano sequenti formula subscripsit «*Georgius* « *minimus Episcopus Antiochiæ, definiens, subscripsi* » Et quod Macarius Patriarcha Antiochenus Melchitarum, cujus superius meminimus, cum in indice Patriarcharum Antiochenorum Alexandrum appellavit. Hæc summa est omnium, quæ Assemanus dixit de hoc Georgio in pag 27., quam adversarius indicavit. Omnes autem vident nullimode desumi posse ex ejus verbis, quod electio hujus Patriarchæ legitima fuisset, sed quod puto est, quod sicuti Constans Imperator elegit monothelitas Patriarchas Antiochenos Macedonium, scilicet, Georgium, et Macarium, uti adstruxit Assemanus Bibl. jur. Or. tom 4 cap. 20., ita Justinianus Rhinotmetus hujus sectæ fautor elegit Georgium hunc, qui Constantinopoli moratus est, uti fecerunt Patriarchæ prædecessores ejus supracitati

Præsentiam autem hujus Patriarchæ in Concilio Trullano probavit Assemanus Bibl. Jur. Or. Tom 5. pag. 31. nixus tum subscriptioni ejus actibus hujus concilii, etsi ad marginem, tum argumento, quo dicit: « *Verum sicuti negare non possumus* « *eidem Trullanæ Synodo Patriarcham Constantinopolitanum Paulum interfuisse:*

بحضور جيورجيوس البطريرك الانطاكي فيه فقد شهد سعيد ومكاريوس ان البطاركة الانطاكيين مكدونيوس وجيورجيوس ومكاريوس وثاوافان وجيورجيوس (المسمى ايضا اسكندر) قد حازوا بطريركية انطاكية في مدينة القسطنطينية واستمروا هناك الى ماتهم (الا مكاريوس الذي حرمه المجمع السادس وارسله الى رومة) فاذا لما كان البطريرك القسطنطيني وجيورجيوس الانطاكي مقيمين في القسطنطينية يوم عقد مجمع قصر الملك فمن يقول انهما لم يحضرا فيه))

ان حضور جيورجيوس في مجمع قصر الملك يدلنا على عدم استقامة ايمانه و بالتالي على عدم كونه بطريركا انطاكيا شرعيا فان مجمع قصر الملك تعتبره الكنيسة الكاثوليكية مجمع مشاقين ومن جملة من ابدوا هذا كباسوسيوس بقوله عند كلامه في هذا المجمع ((ان مجمع المشاقين هذا لم يخجل من ان يشجب الكنيسة الرومانية وان يسن لها شرايع كان يلزمه قبولها منها ولهذا حرم البابا سرجيوس هذا المجمع كما روى بيدا في تاريخ العصر السادس في يوستينيانوس الصغير وانسطاسيوس في كلامه في سرجيوس (البابا) ثم ان باسيليوس اسقف

« ita etiam de Georgio Antiocheno sentiendum esse affirmamus. Nam Eutichio et « Macario testibus, Antiocheni Patriarchæ Macedonius, Georgius, Macarius, Theo- « phanes, et Georgius (alias Alexander dictus) in Urbe Constantinopolitana Patri- « archatum Antiochenum consecuti ibique mansisse perhibentur usque ad obitum, « (Macario excepto, qui in VI. Synodo damnatus Romam postea missus fuit) « quum ergo tam Constantinopolitanus, quam Antiochenus Georgius, quo tempore « Trullana Syondus celebrata est, Constantinopoli degerent, quis dixerit illi eidem « non adfuisse ? »

Præsentia Georgii in Synodo Trullana probat et heterodoxiam ejus fidei, et, per consequens, quod non fuerit legitimus Antiochenus Patriarcha. Synodum enim Trullanam Ecclesia catholica hæreticam fuisse considerat, et inter eos qui hoc referunt Cabasutius, in hist conciliorum, ubi de hac Synodo loquitur sequentibus verbis: *« Quin etiam schismaticus iste congressus non est veritus Romanam damnare Ec- « clesiam, eique leges, quas ab ea recipere debuerat ausu temerario præfigere. Qua- « mobrem sententiam damnationis, ut Beda de sexta ætate in Justiniano minore, « atque Anastasius in Sergio referunt, Sergius Pontifex in hanc pseudo synodum di-*

كربت الذي كان في هذا المجمع وجلس فيه وامضاه كالبقية ادعى انه نايب مناب المجمع الروماني وهو لم يكن مرسلا من رومة » وعد كباسوسيوس بعد ذلك اضاليل واغلاطا لهذا المجمع . وهوذا ما كتبه انسطاسيوس بهذا الشان في ترجمة البابا سرجيوس « ان هذا الحبر المطوب لم يذعن البتة لطلب الملك ولم يقبل تلك الكتب (الحاوية رسوم مجمع قصر الملك) ولم ياذن بتلاوتها ورذلها لعدم صحتها مختارا ان يموت ولا ان يرضى بالاضاليل المحدثة » كذا كان المجمع الذي امضا جيورجيوس اعماله

فاذ تحققت ذلك هوذا خلاصة البرهان ان الموارنة الذين ضبطوا في ذلك العصر كل المعاملات التي من انطاكية الي اورشليم قد سامت نفوسهم اقامة البطاركة مكدونيوس وجيورجيوس ومكاريوس الاراطقة على كرسي انطاكية واختيار الملوك المويدين ضلال المشية الواحدة لهم . وتوطنهم في القسطنطينية وكان اكثر سكان البطريركية الانطاكية عدا هم على الضلال او مشتتين لاستحواذ الاسلام على سورية (عدا ما كان الموارنة ضبطوه) فلهذا بعد وفاة ثاوفان الكاثوليكي البطريرك الانطاكي الشرعي سنة ٦٨٥ قد اختار اساقفتهم

« *xit. Basilius porro Cortiniorum in Creta Episcopus, qui promiscue in turba Epis-* « *coporum consedit et subscripsit, locum se Romanæ Synodi tenere scribens, non a* « *Romanis missionem habuit.*» Cabasutius post hæc numerat errores hujus Synodi. En autem quod Anastasius Bibliothecarius in vita Sergii Pontificis hac de re scripsit: « *Qui Beatissimus Pontifex penitus eidem Augusto non acquievit, nec eosdem* « *tomos* (quibus decreta Concilii Trullani continebantur) *suscipere, vel lectioni pan-* « *dere passus est. Porro eos ut invalidos respuit, atque abjecit, eligens ante mori* « *quam novitatum erroribus consentire.*» Hæc erat Synodus, cui subscripsit Georgius.

Hoc probato en tibi summa argumenti: Maronitæ qui illo sæculo omnes provincias a finitimis Antiochiæ ad S. Urbem Hierusalem occuparunt, tædio affecti sunt propter occupationem Sedis Antiochenæ a Macedonio, Georgio, et Macario patriarchis hæreticis, et propter electionem eorum quæ ab Imperatoribus monothelismi fautoribus fiebat, et propterea quod Constantinopoli hi Patriarchæ commorarentur. et quum, præter Maronitas omnes fere, Patriarchatus Antiocheni, Christiani in erroribus diversis versarentur, aut propter Arabum dominationem in Syria huc illuc, extra loca, a Maronitis occupata, vagarentur, ideo an. 685., Theophani, Catho-

خليفة له القديس يوحنا مارون تلك السنة برضى يوحنا الفيلادلفي نائب الكرسي الرسولي في بطريركيتي انطاكية واورشليم . كما اثبت السمعاني في مج ٤ من مكتبة الناموس راس ٢٠ . ولم يكن حينئذ بطريرك انطاكي شرعي سواه لان قسطنطين الذي ذكره بارونيوس لم يصر قط بطريركا على انطاكية بل دخل اسمه لخطا بفهم عبارة من انسطاسيوس كما مر . وجيورجيوس الذي ذكره السمعاني لم نعلم للان في اية سنة سمي بطريركا من السنين التي بين الخامسة والثمانين والثانية والتسعين بعد الستماية وكان مشاركا لاساقفة مشاقين في مجمع قصر الملك الذي سن امورا كثيرة تضاد الكنيسة الرومانية وتعليمها الصحيح حتى حرم وابى الاحبار الاعظمون تثبيته على تلك الحال وكان مقيما في القسطنطينية والمرجح ان يوستينيانوس الاخرم مويد الضلال ومضطهد البابا سرجيوس (كما اثبت كثيرون منهم انسطاسيوس في ترجمة هذا البابا) اختاره للبطريركية ومن بعد وفاته فرغ الكرسي الانطاكي من بطريرك كاثوليكي غير بطريرك الموارنة مدة اربعين سنة كما اثبتنا . وكل ما برهناه الى الان يثبت كاثوليكية الموارنة والقديس يوحنا مارون بطريركهم الاول الذي ما برح

lico Antiochiæ Patriarchæ, demortuo Maronitarum Episcopi successorem S. Joannem Maronem elegerunt, consentiente et approbante Joanne Philadelphiensi S. Sedis Apostolicæ, in duobus Antiochiæ et Hierosolymæ Patriarchatibus Vicario, uti demonstravit Assemanus Bibl. jur. Or. Tom. 4. cap. 20. et nullus legitimus Antiochiæ Patriarcha tunc temporis præter eum existebat, quia Constantinus, quem Baronius memoravit, nunquam Antiochenus fuit Patriarcha, sed ejus nomen introductum fuit propter malam nonnullorum Anastasii verborum intelligentiam, uti jam vidimus. Georgius vero, cujus meminit Assemanus adhuc ignoramus quo anno inter 685. et 692. Patriarcha Antiochenus renunciatus sit, et in communione erat cum episcopis schismaticis in Synodo Trullana, in qua constituta sunt multa Ecclesiæ Romanæ, ejusque sanæ doctrinæ contraria, ita ut damnata fuerit a Summis Pontificibus, qui eam, in illa forma, approbare renuerunt. Adde illum Constantinopoli moratum fuisse, et probabiliter, a Justiniano Rhinotmeto hæresis fautore et Pontificis Sergii persecutore, uti multi, inter quos Anastasius in vita hujus Pontificis, retulerunt, in Patriarcham electum fuisse, et certum est, ut jam demonstravimus, post ejus mortem Sedem Antiochenam Patriarcha Catholico, præter Patriarcham Maronitam, quadraginta annis vacasse. Aliunde, omnia quæ hucusque probavimus, confirmant

خلفاوه بسلسلة متصلة الى اليوم محافظين بنعمة الله على الايمان الكاثوليكي والاتحاد مع الكنيسة الرومانية المقدسه ام جميع الكنايس ومعلمتهن . فاذا بطاركة الموارنة انما هم البطاركة الانطاكيون الشرعيون المخالفون لثاوفان الكاثوليكي البطريرك الانطاكي الشرعي المخلف لاسلافه البطاركة الانطاكيين الشرعيين الى القديس بطرس زعيم الرسل الذي اسس هذه البطريركية في انطاكية

ان مقالنا هذا يثبته الاحبار الاعظمون بتسميتهم بطريرك الموارنة انطاكيا فالبابا اينوشنسيوس الثالث في رسالته الى بطريرك الموارنة واساقفتهم وشعبهم سنة ١٢٠٧ خاطب البطريرك بما ترجمته « اننا نثبت ايها الاخ البطريرك لكنيستك على اسم العذرا في يانوح كراسي المطارنة والاساقفة الاتي ذكرها الخاضعين بحق الرياسة لك ولخلفايك اي مطرنية مار اسيا وتربل واسقفية المنيطرة ورشعين وكفرفو وعرقا واستعمال الباليون درع تمام الخدمة الحبرية فتاخذه على مالوف العادة ويسلمه اليك بطريرك انطاكية (اللاتيني وكان البابا بعث بالباليون اليه معه) من غير ما صعوبة ونثبت لك العوايد الجارية

Catholicitatem Maronitarum et S. Joannis Maronis primi eorum Patriarchæ, cujus successores, serie non interrupta, usque ad hunc diem Catholicam fidem et unionem cum S. Romana Ecclesia omnium ecclesiarum Matre et Magistra, Dei Gratia, conservarunt. Maronitarum igitur Patriarchæ ipsi sunt legitimi successores Theophanis Antiochiæ Patriarchæ Catholici legitimi, qui erat successor legitimorum Antiochiæ Patriarcharum usque ad S. Petrum Apostolorum principem, qui Patriarchatum hunc Antiochiæ fundavit.

Assumptum hoc nostrum Summi Pontifices, Maronitarum Patriarchas Antiochenos appellando, confirmant. Etenim Innocentius III. litteris an. 1207. ad Patriarcham, Episcopos et populum Maronitarum datis, sic Patriarcham alloquitur: « *Archiepiscopatus autem, et Episcopatus inferius annotatus Sanctæ Mariæ de Anuch* (Ianuh) *Ecclesiæ tuæ, Frater Patriarcha, cui, auctore Deo, prædesse dignosceris primatiæ jure subjectos tibi, tuisque successoribus confirmamus, scilicet, Archiepiscopatus de Hassasa* (Mar Asia) *de Terrabuli* (Terbol) *et Episcopatus Monetea* (Monaiterah) *De Raschia* (Rascein) *Capharpha* (Capharphu), *et Grasen* (Arca). « *Usum quoque Pallii plenitudinis scilicet Pontificialis officii solito more suscepti;* « *quod tibi Antiochenus Patriarcha* (Latinus, per quem pallium ad eum miserat)

التي كانت لك ومن سلفوا قبلك في الكنيسة الانطاكية الى الان ونهبها لك ولخلفايك بالسلطان الرسولي » ولما شرع السراكسة يطردون الافرنج من الديار الشامية في اواسط الجيل الثالث عشر ولجا من اثر الاقامة منهم في سورية الى الموارنة واكرم بطريركهم ملتقاهم ومثواهم فكتب اليه البابا اسكندر الرابع يشكره على حسن قبوله لهم ويسميه بطريركا انطاكيا · كما روي البابا بناديكتوس الرابع عشر في خطبته بكردينالية الكنيسة الرومانية المكرر ذكرها. وقال البابا لاون العاشر في رسالته الى البطريرك سمعان بطرس الحدثي في ١ اب سنة ١٥١٥ « اننا فهمنا من برات اينوشنسيوس (الثالث) واسكندر (الرابع) المذكورين الصالحي الذكر ان ارميا المسمى بطريركا انطاكيا (هو بطريركنا ارميا العمشيتي) ادى الطاعة كما اعتاد البطاركة تاديتها للكرسي المقدس في مدينة اطرابلس بحضرة المطارنة والاساقفة على يد بطرس الكردينال كاهن كنيسة القديس مرشلوس ذي الذكر الحميد قاصد الكرسي الرسولي وقد ارسله اينوشنسيوس وقتيذ الى الموارنة والامصار الشرقية » وقد كتب البابا ادريانوس السادس الى البطريرك سمعان المذكور في ٢٢ تشرين الاول

« *sine difficultate libenter debet conferre, solitis consuetudinibus approbatis, quas,tu* « *etiam,et Prædecessores,tui in Antiochena Ecclesia dignoscimini habuisse,Tibi tuis-* « *que successoribus auctoritate Apostolica indulgemus* ». Et cum Saraceni circa dimidium sæc. XIII. ex Syria cœperint expellere Francos et qui horum in Syria manere prætulerunt, ad Maronitas confugerint, et Maronitarum Patriarcha illos benigne susceperit; Alexander IV. litteras ei misit, quibus de hac sua cum ipsis agendi ratione laudavit, et Patriarcham Antiochenum appellavit, uti retulit S. Pontifex Bened. XIV. in allocutione ad S. R. E. Cardinales sæpe citata, Leo etiam decimus litteris ad Patriarcham Simonem Petrum Hadetensem die 1. Augusti an. 1515. datis sic dicit: « *Percepimus autem ex litteris præfatorum Innocentii* (III.),*et Alex-* « *andri* (IV) *bonæ memoriæ, Hieremiam Patriarcham Antiochenum nuncupatum in* « *civitate Tripoli coram Archiepiscopis et Episcopis, bonæ memoriæ Petri tituli S.* « *Marcelli præsbyteri Cardinalis, tunc Apostolicæ Sedis Legati, per eumdem Inno-* « *centium ad Maronitas et partes Orientis,missi*» Adrianus quoque Sextus ad supra memoratum Simonem Patriarcham, die 22. Octobris,an. 1522. sic scripsit: « *Adri-*

سنة ١٥٢٢ » ادريانوس الاسقف عبد عبيد الله الى الاخ الموقر بطرس
البطريرك الجالس على كرسي انطاكية » وكذا كتب البابا بولس الخامس
الى بطريركنا يوحنا مخلوف الاهدني في براته في ١٠ اذار سنة ١٦١٠ بشان
بعض طقوس · وفي براته اليه في ٢٢ تشرين الثاني سنة ١٦١٢ بشان منح
بعض غفرانات · وكذا كتب البابا غريغوريوس الخامس عشر في براته الى
هذا البطريرك في غرة تموز سنة ١٦٢٢ لمنح الغفران لمن يزور كنيسة قنوبين
في عيد بشارة العذرا وانتقالها وعيد الرسولين بطرس وبولس · ومثلهم كتب
البابا اوربانوس الثامن الى البطريرك المذكور في ٣٠ اب سنة ١٦٢٥
« اوربانوس الثامن الى الاخ المحترم بطرس البطريرك الانطاكي السلام والبركة
الرسولية » وكذا كتب هذا البابا الى بطريركنا جرجس عميره الاهدني في ٣
اذار سنة ١٦٣٥ · وهكذا كتب البابا اينوشنسيوس العاشر في رسالته في ٢٠
ايلول سنة ١٦٤٦ الى بطريركنا يوسف العاقوري · وفي رسالته في ١٣
ايلول سنة ١٦٤٩ الى بطريركنا يوحنا الصفراوي · ومثلهم كتب البابا اسكندر
السابع الى بطريركنا جرجس البسبعلي في رسالته في ٩ اذار سنة ١٦٥٩ حيث
قال ايضا « ان الكنيسة البطريركية الانطاكية التي تخص طائفة الموارنة

« *anus Episcopus, Servus servorum Dei, Venerabili Fratri Petro Patriarchæ sedenti* « *supra Sedem Antiochenam salutem* ». Sic etiam Paulus V. Brevibus die 10 Martii an. 1610. de aliquibus ritibus, et die 22 Novembris an. 1612. de nonnullis indulgentiis concedendis, ad Patriarcham Joannem Machlufium Edenensem datis scripsit. et sic scripsit Gregorius XV. in Brevi ad hunc Patriarcham, die 1 Julii, an 1622 dato, de concedenda Indulgentia visitantibus Ecclesiam Canobini, die Festo Annuntiationis et Assumptionis B. M. Virginis, et S. S. Petri et Pauli Apostolorum. Ad instar horum quoque scripsit Urbanus VIII ad eumdem Patriarcham, die 30. Augusti an. 1625 « *Urbanus VIII Venerabili Fratri Petro Patriarchæ Antiocheno salutem et Benedictionem* » et ita hic Pontifex scripsit ad Patriarcham Georgium Amiram Edenensem die 3 Martii An. 1635; Similiter scripsit Innocentius X die 20 Septembris an. 1646 ad Patriarcham Josephum Acurensem, et die 13 Sept. an. 1649. ad Patriarcham Joannem Saphrensem. Eodem modo scripsit Alexander VII. ad Gregorium Besbelensem Brevi die 9 Martii 1659. dato, in quo dixit etiam « *Postmodum vero Ecclesia Patriarchalis Antiochena Nationis Maronitarum, cui bonæ memoriæ Joannes a Sa-*

وكان يدبرها يوحنا الصفراوي بطريرك انطاكية في حياته اضاعت تعزيتها
براعيها لوفاة البطريرك يوحنا المذكور اذ قضى دين الطبيعة خارجا عن رومة »
وهكذا كتب البابا اكليمنضوس العاشر في مطلع رسالته في ٦ اب سنة ١٦٧٢
الى البطريرك اسطفانوس الدويهي وسمى بطريرك الموارنة انطاكيا في خلال
هذا الرسالة ايضا . وكذا كتب اليه في رسالته في ١٢ كانون الاول من السنة
المذكورة . وفي رسالة اخرى اليه في ٢٠ ايار سنة ١٦٧٣ وفي رسالة اخرى
اليه في ١٦ ايار سنة ١٦٧٦ . وكذا كتب اليه اينوشنسيوس الحادي عشر
في ٢٣ تشرين الاخر سنة ١٦٨٠ . ومثلهم كتب البابا اكليمنضوس الثاني عشر
في رسالته في ١ نيسان سنة ١٧٣٢ الى بطريركنا يعقوب عواد بعرض اثباته
قانون الرهبان اللبنانيين وكذا كتب ايضا هذا البابا في رسالته في ٢٩ تشرين
الاخر سنة ١٧٣٥ الى بطريركنا يوسف ضرغام الخازن بشان عقد المجمع
اللبناني . فكل هولا الباباوات قبل البابا بناديكتوس الرابع عشر الذي ستري
خصمنا يقول انه اول من سمي بطريرك الموارنة انطاكيا .
ومن شهادات العلما نذكر ما كتبه الاب فرنسيس سوريانوس نائب البابا

« phra Patriarcha Antiochenus, dum viveret, præsidebat, per obitum dicti Joannis « Patriarchæ, qui extra Romanam curiam debitum naturæ persolvit, Pastoris sola- « tio destituta » Sic etiam scripsit Clemens X in exordio Brevis Sui die 6. Augusti, an. 1672. ad Patriarcham Stephanum Aldoensem dati, et in decursu Brevis etiam, Antiochenum appellat, Maronitarum Patriarcham. Eodem modo scripsit ei in Brevi, die 12. Decemb. ejusdem anni, et in Brevi ad eundem die 20 Maii 1673., et in alio ad eundem pariter die 16. Maii 1673. Eodem modo, ad eundem scripsit Innocentius XI. die 23. Novembris 1680 eodem modo scripsit Clemens XII. in Brevi die 1. Aprilis 1732. ad Patriacham Jacobum Evodium dato, occasione confirmandi regulas, et constitutiones monachorum Montis Libani, similiter etiam scripsit hic Pontifex in Brevi, die 29. Novembris 1735., de cogenda Libanensi Synodo, dato ad Patriarcham Josephum Dorgam Gazenum. Omnes hi Summi Pontifices Maronitarum Patriarchas Antiochenos appellaverunt ante Benedictum XIV. quem adversarius primum ex Summis Pontificibus, qui Patriarcham Maronitarum Antiochenum nuncupavit autumat esse.

Ex eruditorum testimoniis, P. Francisci Suriani, Alexandri VI., ad Terram

اسكندر السادس في الارض المقدسة في رسالته في ٢٥ تشرين الاخر سنة ١٤٩٤ الى بطريركنا سمعان الحدثي « الى الاب الموقر بطرس الحدثي الرابع من استحق بوفور النعمة ان يدعى بطريرك الكرسي الانطاكي ومدبره من الخادم الحقير فرنسيس سوريانوس رئيس ديارة الافرنج ومدبر الاخوة الصغار في القدس الشريف ونائب قداسة سيدنا الاب اسكندر بابا رومة في جميع الارض المقدسة » وما قاله باجيوس في تاريخ سنة ٦٣٥ عد ١٣ وهو « ولما كان الموارنة يسمون الان ايضا بهذا الاسم وبطريركهم يسميه الاحبار الاعظمون في براتهم الرسولية منذ ايام اينوشنسيوس الثالث بطريرك الموارنة الانطاكي فينتج ضرورة ان اسم ماروني دل كل وقت على كاثوليكي » وما كتبه ديلاروك في كتاب رحلته الى سورية ولبنان مج ٢ وجه ٢٣٢ في الحاشية وهو « ان هذه الكنيسة (المارونية) يمكن ان تسمى الكنيسة الاولى في المشرق لكاثوليكيتها وللبطريركية الانطاكية التي هي كرسيها » وما كتبه دومينيكوس ماكري في اسم بطريركية وهو « ان في رومة اربع كنايس بطريركية تعين للبطاركة الاربعة اذا عقد مجمع عام في رومة اي كنيسة مار يوحنا لاتران للبابا

Sanctam Legati, afferimus testimonium, quod habetur in ejus epistola, die 25 Novem. an. 1494. ad Patriarcham nostrum Simonem Hadetensem missa, quæ sic inscribebatur «*Venerabili Patri Petro Hadetensi IV. qui abundante gratia meruit, ut vocaretur Antiochenæ Sedis Patriarcha, et moderator, humilis servus Franciscus Surianus, Custos Terre Sanctæ, et Guardianus Fratrum Minorum in Sancta civitate Hierusalem, et Legatus D. N. Patris Alexandri VI. in omni terra Sancta.*» Et quod dicit Pagius ad an. 635. N. 13. quod sic sonat «*Maronitæ itaque quum modo hoc nomen gerant, et a summis Pontificibus a tempore Innocentii III. eorum Patriarcha in Bullis Apostolicis appelletur Patriarcha Antiochenus Maronitarum, necessario sequitur, hoc nomen, Maronita, semper virum catholicum indicasse*» Et quod scripsit de La Roque, in itinere suo ad Syriam et Montem Libanum, Tom. 2. pag. 232 ubi in nota sic dicit «*Hæc* (Maronitarum) *ecclesia prima potest Orientis appellari, propter Catholicitatem suam, et Patriarchatum Antiochenum cujus hodie sedes est.*» Et quod scripsit Dominicus Macri, de nomine Patriarchatus et est, «*Romæ quatuor sunt Basilicæ Patriarchales, quatuor assignatæ Patriarchis, pro casu quo cogeretur, Romæ, Concilium scilicet Sancti Joannis Lateranensis Summo*

وكنيسة مار بطرس لبطريرك القسطنطينية وكنيسة مار بولس لبطريرك الاسكندرية وكنيسة مريم الكبرى لبطريرك انطاكية وهو وحده الان كاثوليكي يروس ويدبر الطايفة المارونية الشديدة التعلق بالكنيسة الرومانية » ونضيف الى ما مر شهادة مجمعنا اللبناني المثبت وكل اجزايه من الكرسي الرسولي وقد كتب فيه قسم ٣ راس ٦ عد ٤ ((ان بطاركتنا القدما منذ افتراق ملتنا المارونية عن ساير ملل الشرق سموا دايما باسم البطريرك الانطاكي وباشروا السلطان البطريركي على المطارنة والاساقفة والاكليروس وشعب الملة المارونية كله في ابرشية انطاكية والمشرق باجمعه الي يومنا هذا وما برحوا يسمون بهذا الاسم ويباشرون هذا السلطان البطريركي ولم ينكر عليهم ذلك الاحبار الرومانيون قط بل دعوهم في براتهم الرسولية دايما باسم بطاركة انطاكية وقلدوهم سلطانا مطلقا على الملة المارونية في كل النواحي الشرقية)) وهذا يكفي كل مطالع منصف مونة الاقناع

لما كان خصمنا اتى في متنه ببعض ما خص بطريركية الموارنة الانطاكية

« *Pontifici, Sancti Petri Patriarchæ Constantinopolitano, S. Pauli Patriarchæ* « *Alexandrino, et S. Mariæ Majoris Patriarchæ Antiocheno, qui est solus nunc* « *catholicus præsidens et gubernans Nationem Maronitarum, Ecclesiæ Romanæ* « *summopere devotam* » Adde his testimonium Synodi Nostræ Libanensis, quæ per omnes partes suas a S. Sede confirmata est, in qua part. III. cap. 6. N. 4. legitur « *Antiqui Patriarchæ* nostri *postquam a ceteris Orientalibus populis gens nostra* « *Maronitica divisa fuit non modo titulum, et nomen Antiocheni præsulis gesserunt,* « *sed plenam etiam jurisdictionem Patriarchalem in Metropolitanos Episcopos, pres-* « *byteros, Clericos, et populum ejusdem Nationis nostræ Maroniticæ tam in distric-* « *tu Antiocheni Patriarchatus, quam in aliis Orientis partibus constitutos exercue-* « *runt, quemadmodum usque ad præsentem diem eodem titulo, et juris dictione Pa-* « *triarchali gaudent. Idque per summos Romanos Pontifices numquam illis dene-* « *gatum fuit, quinimo expressis diplomatibus, et titulus Antiocheni Patriarchæ* « *conceditur, et plena absolutaque in totam Nationem Maronitarum in partibus Or-* « *ientalibus ubique locorum existentium jurisdictio* » Et hoc pro quocumque æquo lectore, ut convincatur, sat est.

Hoc de prima notæ adversarii parte, cum autem adversarius aliqua in textu de

وهو اكثرا التحاما مع كلامه وكلامي المار بين رايت ان اذكره هنا واورده مقدما علي باقي كلامه في حاشيته

قال « ولهذا نرى البابا اينوشنسيوس الثالث لم يعين في رسالته المذكورة لبطريرك الموارنة كرسيا بل دعاه بطريرك الموارنة او متقدمهم »

اقول يكفي مونة رده ما رويناه انفا من رسالة هذا البابا نفسها لاسيما قوله « ونثبت لك العوايد الجارية التي كانت لك ومن سلفوا قبلك في الكنيسة الانطاكية الي الان ونهبها لك ولخلفايك بالسلطان الرسولي »

قال « ولا اعلم ان احدا من الاحبار الاعظمين بعد اينوشنسيوس سمى بطريركهم انطاكيا »

اقول ارجع الي ما مر انفا تركذبه الواضح اذ ذكرنا كثيرا من الاحبار الاعظمين الذين سموا بطاربركنا انطاكيا

قال « ومنهم (اي من الاحبار الاعظمين الذين لم يسموا بطريرك الموارنة

Antiocheno Maronitarum Patriarcha retulerit, idque cum eo quod ipse et nos ultimo loco diximus strictius connexum sit, ideo prætulimus illud huc afferre et refutare, antequam ad aliam notæ suæ partem refutandam transitum faceremus.

Dicit igitur: « hinc videmus Innocentium III, in citata superius «Bulla, Patriarchæ Maronitarum nullum Sedis titulum dare, sed sim-«pliciter Maronitarum Patriarcham, sive Primatem eum appellare.»

Pro confutatione sufficit memorare id, quod superius ex ipsa Bulla hujus Pontificis retulimus, præsertim id quo dicit. « *solitis consuetudinibus approbatis, quas* « *Tu etiam et prædecessores tui hactenus in Antiochena Ecclesia dignoscimini hab-* « *uisse, tibi tuisque succesoribus anctoritate Apostolica indulgemus* ».

Addit adversarius « ex successivis vero Romanis Pontificibus..... « neminem novi eorum Patriarchæ titulum Antiocheni in publicis « actis dedisse ».

Dico sat est videre ea, quæ superius retulimus, ut appareat quam mendax sit hæc assertio, quum jam retulimus dicta multorum Pontificum, qui Patriarcham nostrum Antiochenum appellaverunt.

انطاكيا) اسكندر الرابع »

اقول يكفي لرده ان ترجع الى ما مر انفا فنجد ان البابا بناديكتوس الرابع عشر نفسه حقق فى خطبته فى ١٣ تموز سنة ١٧٤٤ بكردينالية الكنيسة الرومانية ان اسكندر الرابع هذا نفسه سمي بطريرك الموارنة انطاكيا

قال » واوجانيوس الرابع ونيقولاوس الخامس وبولس الثاني ولاون العاشر واكليمنضوس الثامن والبولسان الثالث والرابع وبيوس الرابع وغريغوريوس الثالث عشر واكليمنضوس الحادي عشر الذين تعاطوا مع الموارنة لا اعلم ان احدهم سمى بطريركهم انطاكيا »

اقول نعم ان بعض الباباوات لم يسموا بطريرك الموارنة انطاكيا بل دعوه بطريرك الموارنة بالاطلاق ولكن قد استشهدنا بكثيرين منهم دعوه انطاكيا واثبتوا له حقوق بطريركية انطاكية فلا ينتج من زعم خصمنا الا ان البابوات الذين لم يسموه انطاكيا اهملوا هذه التسمية للايجاز والتيقن بان بطريرك الموارنة هو البطريرك الانطاكى فعدم تسميتهم له بانطاكى يمكن حمله وتخريجه

Pergit adversarius « Alexandro IV. »

Dico pro confutatione adversarii sufficit respicere superius dicta, exquibus patefiit Benedictum XIV. Pont. Max. in allocutione ad S. R. E. Cardinales die 13. Julii 1744. habita, affirmasse ipsum Alexandrum IV. Maronitarum Patriarcham Antiochenum appellasse.

Instat adversarius « Eugenio IV, Nicolao V, Paulo II, Leone X, « Clemente VIII, Paulo III, Paulo IV, Pio IV, Gregorio XIII, Cle- « mente XI, qui cum Maronitis hoc vel illo modo agendum habue- « runt, neminem novi eorum Patriarchæ titulum Antiocheni in pu- « blicis actis dedisse ».

Dico verum esse nonnullos Pontifices Maronitarum Patriarcham non Antiochenum sed simpliciter Maronitarum appellesse, et jam multa retulimus, quibus adstruximus plurimos corum illum Antiochenum appellasse, eique jura Patriarchatus Antiocheni recognovisse. Igitur ex eo quod adversarius refert, nihil deduci posset præterquam quod Pontifices, qui Maronitarum Patriarcham Antiochenum non ap-

حسبنا الى هذا المعنى واما كلام الباباوات الذين سموه انطاكيا لا يحمل الا على حكمهم بان بطريرك الموارنة هو البطريرك الانطاكي . وسكوت احد على شي ليس حجة تنقض ايجاب غيره له

قال « بل ذكر رينالدوس في تاريخ سنة ١٥١٦ عد ٦ ان لاون العاشر لم يرض بان سائليه الموارنة يسمون بطريركهم انطاكيا »

اقول حسبنا في رده قول البابا لاون العاشر نفسه الذي رويناه انفا في براءته في ١ اب سنة ١٥١٥ الى بطريركنا سمعان الحدثي ان بطريركنا ارميا العمشيتي يسمى بطريركا انطاكيا . وما تكون رواية رينالدوس بالنسبة الى اقوال الاحبار الاعظمين التي استشهدنا بها ورينالدوس كثيرا ما تعقبه العلما ونددوا برواياته وقال فيه احدهم فرنسيس باراناي في البيوكرافيا ((انه لا يبالغ في التدقيق الكافي . ورواياته كثيرا ما وجدت غير محققه . وقل ما كان فيها مهما))

قال « اول من اراه من الاحبار الاعظمين سمى بطريرك

pellaverunt, hanc appellationem brevitatis tantum gratia prætermiserunt, et quia ratum erat Maronitarum Patriarcham reapse Antiochenum fuisse. Ergo in hunc bonum sensum defectus nominationis Antiocheni optime converti potest, at denominatio, qua Pontifices illum Antiochenum appellant, nullo modo intelligi potest, nisi quod eum absolute Antiochenum esse judicaverint, etenim silentium alicujus de aliqua re contra affirmationem alterius de eadem re argumentum non est.

Instat etiam « imo constat Leoni X. ,,non placuisse, quod (Oratores Maronitæ) dicerent eum (idest Maronitarum Patriarcham) « Antiochenum,, (Raynald. ad an. 1516. N. VI.) »

Dico; non alio hoc refutamus, quam eo quod superius retulimus ex verbis Leonis X. ipsius, qui in epistola die I. Augusti an 1515. ad Patriarcham Simeonem Hadetensem, Patriarcham nostrum Hieremiam Amscitensem memorans, de eo ut Antiocheno loquitur; et quid valet relatio Raynaldi, quando cum originali Pontificis collata falsa invenitur? Raynaldum autem valde de indiligentia accusant Eruditi, quorum Franciscus Berennes in opere ,,Dictionnaire de biographie,, de eo dicit: « *Sed ejus critica non est satis severa, nec satis illuminata; narratio ejus non* « *est semper exacta, nec in generali magni est momenti* »

Concludit adversarius « primus ex S. S. Pontificibus, quem video

الموارنة انطاكيا في براته انما هو بناديكتوس الرابع عشر »

اقول ان خصمنا تخجله جهله لدى رويته اننا استشهدنا انفا بعشرة احبار رومانيين قبل بناديكتوس الرابع عشر سموا بطريرك الموارنة انطاكيا وبعضهم في عدة رسائل ونسأله ان لا يعرض نفسه فيما بعد للتخجل باقوال كذا

هات نرى الان ما زعمه في باقي حاشيته فانه بعد مقاومته بطريركية يوحنا مارون شرع اعلام محاربته لقداسته فقال «« اما قداسة بطريرك الموارنة هذا الاول فباطلا زعم العلامة بولس بطرس مسعد بطريرك الموارنة الان الكلي الاحترام في كتابه العربي المعنون الدر المنظوم وجه ٢٤١ ومايليه ان بناديكتوس الرابع عشر حكم بها فلما كان من عادة الموارنة نسبة طايفتهم الى مارونين احدهما راهب والاخر بطريرك كان مارونا واحدا لا يكفي وكان البابا بناديكتوس الرابع عشر يعلم ان في قداسة هذين المارونين واستقامة ايمانهما خلافاً والاولى

« video in publicis documentis Maronitarum Patriarcham Antio-
« chenum nuncupasse, est Benedictus XIV.»

Dico adversarium confusum iri ignorantia sua quando viderit nos superius attulisse testimonia decem R. R. Pontificum, Benedictum XIV. præcedentium, et quorum aliqui, in multis litteris, Maronitarum Patriarcham Antiochenum nuncuparunt ,,Amice, igitur lacesso,, adversarium ne, in posterum, simili se objiciat confusioni.

Age videamus nunc, quid adversarius in residuo notæ suæ aggerat, etenim postquam contra Patriarchatum Joannis Maronis ea, quam vidisti, sorte pugnaverit, vexilla belli contra ejus sanctitatem pandit dicens: « Cæterum de hujus « primi Maronitarum Patriarchæ sanctitate, perperam contendit « R.vmus æque ac doctissimus P. P. Massad vivens Maronitarum Pa- « triarcha in suo opere arabice inscripto : الدر المنظوم : margarita- «rum series, pag. 241 seq. Bened. XIV. Pont. Max. Judicium tulisse. Nam «cum Maronitæ solerent a duobus Maronibus originem suam repetere, « altero monacho, altero Patriarcha, quasi unus non sufficeret, cum- « que Benedictus XIV utriusque hujus Maronis, sed potissimum et « fere universe sæcundi scilicet Patriarchæ sanctitatem, imo et or-

والاعم ان الخلاف في الثاني وهو البطريرك فانبت في رسالته
المذكورة الى نيقولاوس ليركاري سنة ١٧٥٣ قداسة الاول اي
الراهب ولم يبت شيئا عن الثاني اي البطريرك . الا يدل هذا
على ان ذلك الحبر المحقق والمدقق لم يكن موكدا قداسة هذا البطريرك
ويزيد هذا بيانا اسلوب كلام بناديكتوس في البطريرك المذكور
اذ قال ان رجالا علماء يرون „ وان الموارنة برزوا من مدرسة المونوتيليتيين
وان مارون رئيسهم تشبث بهذه البدعة „ ولم يبت المحاورة في ارثوذكسية
اصل الموارنة . ولا اعلم ان الكرسي الرسولي بحث بعد بناديكتوس
الرابع عشر عن قداسة مارون بطريرك الموارنة الاول . فان
مواجهات الحبر الاعظم وطبع ترجمة يوحنا مارون في رومة وصوره
التي لجاء اليها السيد مسعد في المحل المذكور الجواب عليها سهل
ولا ينبغي الاغفال عن ان اثار الموارنة القديمة لا يعرف منها الا
مارون واحد تجعله ابا لطائفته وشفيع الدير الذي انتسبت اليه

« thodoxiam cognosceret a multis controverti, in epistola supra
« memorata an. 1753 ad N. Larcari data, prioris quidem Maronis
« sciliscet Monachi sanctitatem confirmavit, de altero autem, Patri-
« archa inquam, nil statuere credidit. Nonne hoc satis indicat, hu-
« jus Patriarchæ sanctimoniam illi spectatissimo accuratissimoque
« Pontifici compertam non fuisse? quod magis apparet ex tenore
« quo Benedictus de hoc Patriarcha loquitur, cum referat, maxima
« quidem tolerantia, quæ libertatem opinionis supponit, doctos vi-
« ros arbitrari» *Maronitas de Monothelitarum schola prodiisse, Maronem eorum*
« *caput extitisse, eidemque hæresi adhæsisse*, „ quæstionemque de Ortho-
« doxia originis Maronitarum indecisam relinquat. Post Benedictum
« XIV. nescio an unquam Sedes Apostolica examen instituerit circa
« Maronis primi Maronitarum Patriarchæ sanctitatem. Nam quod atti-
« net ad audientias, kalendarium Romæ impressum, denique ad effi-
« gies, ad quæ omnia prælaudatus Massad loco cit. confugit, responsum
« in promptu esset. illud quoque prætereundum non est, antiqua
« Maronitarum monumenta unum tantummodo agnoscere Maro-
« nem, ut suæ gentis Patrem, cœnobiique, ex quo ipsa nomem ducit,

وبطريركا انطاكيا جملة »

اقول قد تناهى خصمنا في الخبط والخلط في كلمه هذه وهاك البيان شيا فشيا ان وجه ٢٤١ الذي عينه من كتاب الدر المنظوم لا كلمة فيه في قداسة يوحنا مارون ولا اسمه · فالعلامة بطريركنا اخذ من وجه ١٣٤ من هذا الكتاب يبين ان خرافة سعيد الاسكندري في مارون مبتدع المشية الواحدة لا صدق لها على القديس مارون الابا ولا على القديس يوحنا مارون البطريرك · مثبتا ذلك ببرهانات محكمة وادلة سديدة واخصها ان يوحنا مارون لم يكن ولد في عهد موريق الملك الذي قال سعيد انه ابتدع فيه المشية الواحدة · وان سنة ٦٢٨ التي نشأت فيها بدعة المشية الواحدة لم يكن يوحنا مارون اهلا لانشا بدعة اذ كان صبيا او لم يكن ولد بعد · وان بناديكتوس الرابع عشر اثبت كما مر ان الموارنة اقاموا لهم بطريركا وقاية لانفسهم من هذا الضلال وان ذلك البطريرك انما هو يوحنا مارون · وان كل المجامع التي عقدت دفعا لهذه البدعة وكل من كتبوا قبل سعيد ابن البطريق لم ياتوا البتة بذكر مارون

« patronum, eumque denique simul Patriarcham Antiochenum « facere. »

Dico adversarium inanibus huc allatis verbis perperam et perverse res confudisse, et omnes æquitatis limites excessisse quod sic successive probo: in pag.241, quam adversarius ex opere Aldorr-ul-Manzum citavit,ne verbum quidem de sanctitate Joannis Maronis habetur, nec ejus nomen invenitur. Etenim doctissimus Patriarcha noster, a pag. 134. hujus operis, demonstrare suscepit, commenta Eutichii Alexandrini de Marone hæresis Monotheliticæ auctore supposito, nullimode Sancto Maroni Abbati, aut S. Joanni Maroni Patriarchæ posse convenire, et solidis rationibus et ineluctabilibus id probat argumentis, quorum præcipua sunt: quod Joannes Maro, Mauritio imperante,quo tempore Monothelismum exortum esse Eutichius asserit, natus non esset, quod an. 628. quo reapse Monothelismi error invectus fuit, S. Joannes Maro hæresi excogitandæ idoneus non erat, dum adhuc puer esset, et forsan nondum natus; quod Benedictus XIV, uti jam vidimus, Maronitas, Patriarcham sibi elegisse ut se integros ab eo errore conservarent,affirmaverit,quod hic Patriarcha non alius quam Joannes Maro esset, quod denique nullum Concilium contra hunc errorem coactum, nullusque auctor, qui ante Eutichium Alexandrinum scripserit, Maronem unquam,aut Joannem Maronem uti hæresiarcham me-

او يوحنا مارون بمنزلة مبتدع · ويروي من شهادات العلما ما يعز احصاوه في هذا الكتاب · ويحقق ان يوحنا مارون رسمه اسقفنا يوحنا اسقف فيلادلفيا نائب الكرسي الرسولي في الامصار الشرقية ويستشهد بعلما كثيرين دعوه قديسا وقرظوا سمو فضائله · ويذكر منح البابا بيوس السابع في ٣٠ كانون الثاني سنة ١٨٢٠ غفرانا كاملا ليغنمه من زار كنيسة هذا البطريرك القديس في مدرسة كفرحي من معاملة البترون يوم عيده في ٢ اذار في كل عام · وتعميمه هذا الغفران في ٢٧ ايار سنة ١٨٢١ ليغنمه من زار احدى كنايس الموارنة ايها كانت يوم العيد المذكور موردا صورة منح الغفران وتعميمه فهذا ما جاء به بطريركنا العلامة في الصفحات المشار اليها ·

ثم في وجه ٢٩٨ رد سوال البطريرك مكسيموس مظلوم هل مزق البطريرك كيرلس تاناس صورة القديس مارون او صورة القديس يوحنا مارون مبرهنا ان البطريرك كيرلس انما مزق صورة القديس مارون وان البابا بناديكتوس الرابع عشر ونبه اشد التوبيخ على ما فعل في براته الى نيقولاس ليركاري ثم كرر استطرادا اثبات قداسة يوحنا مارون · مستدلا بكتبه

moraverit, ad quod confirmandum tanta affert doctorum testimonia, quanta in hoc libro contineri non possent; probat etiam Joannem Maronem, a Joanne Philadelphiensi S. Sedis in Oriente Vicario, ad Episcopatum evectum fuisse, pluresque citat auctores, qui eum Sanctum appellarunt, et heroicas ejus virtutes laudibus extulerunt; indulgentiam memorat Plenariam, quam die 30 Januarii 1820 Pius VII. concessit, quotannis ab omnibus acquirendam, qui Ecclesiam hujus Sancti in Collegio de Kafarhai ditionis Botryensis die 2 Martii visitaverint, nec non extensionem ejusdem Indulgentiæ die 27 Maji 1821 factam, qua omnes et singuli, qui quamcumque Maronitarum Ecclesiam visitaverint die festo supracitato eamdem Indulgentiam acquirere possint, referens documenta concessionis et extensionis hujus Indulgentiæ. Hæc sunt quæ doctissimus noster Patriarcha retulit in paginis citatis.

Dein pag. 298. quæstioni Patriarchæ Maximi Mazlum, an Patriarcha Cyrillus Tanas S. Maronis, aut S. Joannis Maronis effigies lacerasset, sciscitanti respondet, adstruendo Cyrillum S. Maronis effigiem lacerasse et Summum Pontificem Bened. XIV. epistola ad Nicolaum Lercari directa, Cyrillum illum, de hac sua agendi ratione fortiter reprehendisse. Deinde loquens per transennam de S. Joanne Marone ejusdem sanctitatem iterum confirmat. Ad hoc autem adstruen-

الكاثوليكية ومقاومته للمبتدعين وعدم امكان صحة الشبهة بابتداء المشية الواحدة
في المسيح ثم بطبع صوره في رومة في الاجيال السالفة بمنزلة قديس وطبع بعضها
بنفقة البابا اكليمنضوس الحادي عشر وتسميته قديسا في تلك الصور وغيرها
والتعييد له ومنح الغفران لمن يزور كنيسته او احدى كنائس الموارنة يوم عيده ·
واختتم كلامه مستشهدا لقداسة مارون الانبا بفقرة من رسالة اخرى للبابا
بناديكتوس الرابع عشر بعث بها في ١٢ اذار سنة ١٧٥٤ الى بطريركنا
سمعان عواد هي « لا نرتاب بان الاب ايسيدوروس قاصدنا حقق لاخوتك
كم من الرافة الرسولية والمودة والغيرة لنا عليك · · · وعلى جميع ابنا طايفتك
الجليلة التي تفتخر باقرارها انها قبلت اكثر التعليم بالايمان الكاثوليكي من
القديس مارون وان حفظه ونموه فيها من مفاعيل شفاعته ولذلك شق علينا
الخبر ان البعض لا يرون رايا حسنا في قداسة القديس مارون واكرامه ولذا
بعد ان برانا قداسته من التهم اثبتناها ايضا بالسلطان الرسولي وقد اخبرنا
قاصدنا المذكور ان هذا سر الجميع وجرى في وقت مفيد ومناسب فسررنا

---

dum argumenta desumpsit ex Catholicis ejus scriptis, ex ejus contra hæreticos oppugnatione, tum etiam ex impossibilitate dubitandi de eo quod ipse fuerit auctor monothelismi, et tandem ex eo quod ejus ut sancti effigies Romæ transactis sæculis, aliquando etiam Clementis XI. sumptibus impressæ fuerint, et quod in supradictis effigiebus et aliis monumentis sanctus inscribatur et quod dies festus ei celebretur et indulgentia plenaria, Ecclesiam Deo sub ejus nomine Sacram, aut aliam Maronitarum Ecclesiam, die ejus festo, visitantibus concessa sit;et concludit aliud, ad confirmandam sanctitatem Maronis Abbatis, testimonium adducendo ex alia Benedicti XIV.epistola, quam die 12.Martii an. 1754 Patriarchæ nostro Simonio Evodio misit, desumptum, quod sic sonat: « *Porro quemadmodum non dubitamus, quin* « *ab ipso Desiderio ablegato Nostro Fraternitati Tuæ coram fuerit comprobatum* « *qua Apostolica benignitate, qua charitate, quo zelo prosequi pergamus Te. Vene-* « *rabilis Frater,....cæterosque dilectos filios inclytæ Nationis Tuæ,ipsamque Natio-* « *nem Maroniticam, quæ S.Maroni majorem in catholica fide eruditionem,perenni-* « *tatem, atque incrementum acceptum referre gloriatur, nobis omni procul dubio,* « *qui nationis Tuæ studiosissimi sumus permolestum acciderat ejusdem S. Maronis* « *Sanctitatem ejusque cultum nonnullis tam male haberi; unde postquam a calum-* « *niis vindicavimur, Apostolica quoque auctoritate confirmavims,quod istic omnibus*

نحن ايضا لسرورهم » فهذه خلاصة كلام بطريركنا العلامة في المحل الثاني ايضا من الدر المنظوم

ان خصمنا اكتفى لرد كل هذه البرهانات السديدة بقوله ان الجواب عليها سهل ليس الا كما رايت فمن لا يضحك لذلك فلمَ بخل علينا بهذا الجواب السهل وماذا يقول خاصة في منح البابا بيوس السابع الغفران الكامل ان يزور كنيسة القديس يوحنا مارون او احدى كنائس الموارنة يوم عيده هل اغرى البابا طايفة كاملة بالتعبد لرجل اراتيكي . اما نحن فيحق لنا الا كتفا بما رويناه من خلاصة كلام بطريركنا العلامة في اثبات قداسة يوحنا مارون البطريرك ونعم المعتمد الذي لا يضعف خطة منه قول خصمنا الجواب سهل . واذا اثر خصمنا برهانات اخرى على قداسة يوحنا مارون فليطالع كتابا كاملا الفه في قداسته بطريركنا يوسف اسطفان . وكتابا اخر كاملا الفه المطران اسطفانوس عواد السمعاني في الايطاليانة وطبعه في رومية معنونا محاماة قداسة يوحنا السرومي المعروف بالقديس يوحنا مارون بطريرك الموارنة الانطاكي .

« *perjucundum, opportunum, ac salutare fuisse, ab eodem Desiderio ablegato Nostro,* « *ingenti cum gaudio, acecpimus.* » Hæc est summa argumentationis doctissimi Patriarchæ nostri in citato secundo operis Aldorr-ul-Manzum loco.

Adversarius interim pro responsu ad hæc omnia, nil aliud dixit quam quod « Responsum in promptu esset » uti jam vidimus. Quis tamen de hoc non ridet ? Et quare avarus erga nos fuit hoc responsu, quod in promptu erat? et quid dicit de indulgentia, præsertim. quam S. Pont. Pius VII Sancti hujus Ecclesiam, aut Maronitarum Ecclesias in generali, die ejus festo visitantibus concessit ? Anne supponit Pontificem nationem integram in errorem inducere voluisse, ut hæretico homini cultum et venerationem perhiberet ? At nos ad S. Joannis Maronis sanctitatem confirmandam optime possumus satis ducere id, quod de hac re ex summa doctissimi Patriarchæ nostri viventis argumentatione retulimus, quod quidem optimam constituit probationem, quæ nullimode per adversarii nostri, quod responsum in promptu esset, assertionem, infirmatur; quod si adversarius, his non contentus, alia de sanctitate Joannis Maronis desiderat argumenta, adeat librum integrum, quem de ejus sanctitate scripsit Patriarcha noster Josephus de Stephanis, et alium quem scripsit Stephanus Evodius Assemanus, et Romæ typis mandavit sub titulo „ *Apologia di S. Giovanni Sirimense Sovrannominato Marone Patriarcha* « *Antiocheno dei Maroniti* »

اما استشهاده بكلام البابا بناديكتوس الرابع عشر وهو ان الموارنة برزوا من مدرسة المونوتيليتيين الخ فقد انبا قبلا المكر المخجل الذي استخدمه خصمنا به منتهكا قول هذا الحبر الاعظم ومجردا اياه من سوابقه ولواحقه وناسبا اليه ما اورده البابا من غيره على سبيل الاعتراض ليفنده وقد الحقه من التفنيد باشده وما برح خصمنا بكرر هذا المكر . فاتوسل الى المطالع ان يرجع الى ما كتبته هناك حيث نقلت اكثر كلام هذا الحبر العلامة في رسالته المذكورة وان يقرا سطرا منها قبل ما رواه خصمنا او سطرا بعده ليصادق على تسميتي ذلك مكرا مخجلا . ثم ان الكلام المعترض به في رسالة البابا بناديكتوس الرابع عشر انما هو في القديس مارون بلا مرى وكذا يرى الخصم فهمه هناك وعاد هنا قائلا ان الاولى والاعم ان المراد به مارون الثاني اي يوحنا مارون فليكن المراد به ايا شا منهما فهو المخجل في الحالين اذ لا ضر لنا من هذه الرواية بل استفدنا ردها من فم حبر اعظم هو من اول الباباوات العلما

Ad assertionem autem adversarii, quod Benedictus XIV. «*Maronitas de monothelitarum schola prodiisse dixerit,*» respondeo: nos jam ostendisse pudendam malitiam, qua adversarius in ea citatione abusus est, epistolam hujus S. Pontificis mutilando, phrasim ex ea antecedentibus et subsequentibus denudatam sumendo, et id quod ipse Pontifex ex alio, in forma objectionis ad confutandum refert, quodque acerrime confutavit, eidem Pontifici, uti assertionem tribuendo; interim adversarius non cessat recoquere nobis crambem, ne iterum dicamus abuti contra nos malitia sua. Lectorem itaque precor, ut adeat ea, quæ illic scripsi, ubi præcipua hujus sapientissimi Pontificis citatæ epistolæ transcripsi verba, et ut legat vel lineam ipsius epistolæ, ante id quod, mutilando, retulit adversarius, aut lineam post, ut mecum conveniat, quod jure merito adversarii agendi rationem pudendæ malitiæ tribuerim. Verba, quæ in Benedicti XIV. epistola ut objectio inveniuntur, et nobis ab adversario erronee objiciuntur, de S. Marone Abbate esse extra omne dubium est, et sic adversarius ipse ea ibi intellexisse videtur, nunc autem conversus ea potissimum et fere universe de Marone secundo, seu Joanne Marone Patriarcha intelligi debere dicit; sit quod vult adversarius, nam sive de primo, sive de secundo Marone intelligantur, in utroque casu adversarius confusus remanet, cum nil mali ex hac objectione nobis proveniat, sed semper stet nos obtinuisse, quod unus ex præcipuis sapientissimis Romanis pontificibus eam confutaverit.

فالحاصل مما مر اولا ان خصمنا كانه لم يدرك ما كتبه بطريركنا العلامة ابانا لقداسة يوحنا مارون حتى سولت له نفسه القول انه زعم ذلك باطلا والاكتفا ارده بقوله الجواب سهل ثانيا ان استشهاده بكلام البابا بناديكتوس الرابع عشر هنا ايضا مكر مكرر . واما زعمه ان اثار الموارنة القديمة لا يعرف منها الا مارون واحد فهو دعوى بلا بينة وعن الحقيقة بمعزل فان قدمانا وحدثانا كرموا دايما القديس مارون الانبا والقديس يوحنا مارون البطريرك . وكانوا قديما يعيدون للقديس مارون الانبا في الخامس من كانون الثاني وللقديس يوحنا مارون في التاسع من شباط . ولما نقل روساونا عيد القديس مارون في اواسط الجيل السابع عشر الى ٩ شباط شرعوا يعيدون القديسين في يوم واحد كما يرى في فهرست الاعياد المطبوع في رومة . ثم في سنة ١٧٨٧ نقل عيد القديس يوحنا مارون الى الثاني من اذار وبقي عيد القديس مارون في ٩ شباط كما هو اليوم . فهل يريد خصمنا جهل جهله برهانا علينا .

قال خصمنا « اخيرا ارجو الموارنة ان يحسبوني بقولي الحق

Ex supradictis consequitur 1. quod adversarius videtur non intellexisse id quod doctissimus Patriarcha noster, in confirmando Sanctitatem Joannis Maronis scripsit, ita ut sibi permiserit dicere illum perperam id contendisse et ut pro confutatione ejus satis duxerit asserere quod responsum in promptu esset. 2. quod iterata in hunc locum adductio verborum ex Benedicti XIV. epistola desumptorum, non sit, nisi iterata malitia. At adversarii assertio, quod antiqua Maronitarum monumenta unum tantummodo Maronem agnoscant, gratuita et contra veritatem est. Etenim et veteres, et recentiores nostri S. Maronem Abbatem, et S. Joannem Maronem Patriarcham, summa semper veneratione prosequuti sunt, et antiquitus festum diem S. Maroni Abbati die 5. Januarii, et S. Joanni Maroni die 9. Februarii, celebrabant, et quando superiores nostri dimidio sæculi XVII. transtulerunt festum S. Maronis ad 9. Februarii, festum utrique sancto eadem die celebrare cœperunt, ut in kalendario Romæ impresso videre est; deinde quum an. 1787. festum S. Joannis Maronis ad 2. Martii translatum fuit, S. Maronis festum die 9. Februarii celebrare usque ad hunc diem consueverunt. Numne adversarius ignorantiam suam nobis, pro argumento contra nos imponere prætendit ?

Dicit adversarius « denique optimos Maronitas demisse rogo, ut « mihi ignoscant quod eadem sinceritate cum illis in dicenda veri-

استخدمت الخلوص لهم كسرياني وكلداني المختص انا بهم وان يتذكروا المثل العربي الشهير ما ظلمك من ساواك مع نفسه »

اقول ايليق بالخوري يوسف داود العلامة ان يستشهد بمثل يقال في الازقة ولا يناسب ما استشهده له فلو عيره اعور او اراتيكي بالعور والارطقة ايعذره اذا قال له ما ظلمك من ساواك مع نفسه واين هو من الاخلاص للموارنة وقد رايت ما كان من مكره انفا وفي محال اخرى

ان خصمنا اكثر اخيرا من التفاخر والتباهي كانه وجد درة لم تمسها يد او اكتشف كنزا لم يكتشفه سواه واتما انه وجد حلا لمشكل ضل به العلما المدققون وجهله الاحبار الاعظمون انفسهم وان اكتشافه سيجدي عليه بذكر خالد في عالم العلم والعلما واذا بذلك الاكتشاف المزعوم يكشف جهله ويثبت عليه انه لا يعلم ان يميز كتابا من كتاب ولا صحيحا من فاسد وانه لاخبرة له بكتب ادعى ممارستها والتنديد بمؤلفيها وهاك البيان

« tate usus sim, ac cum meis Syris atque Chaldæis,ad quos utros-
« que pertineo,reminiscentes notissimum arabum adagium,,ما ظلمك
« من ساواك مع نفسه,,nullam injuriam tibi infert, qui te eadem ratio-
« ne tractat ac se ipsum »

Dico decetne Sapientissimum Sacerdotem Josephum David trivialissimo uti adagio, dum insuper nullimode convenit subjecto,pro quo adducitur ? Si enim monoculus, aut hæreticus denominationem inde sumptam adversario tribueret, anne vi adagii ab ipso adducti eum excusaret ? et ubinam est sinceritas, dum jam locis superius indicatis vidimus, quanta malitia contra nos abusus sit ?

Adversarius tandem nimis gloriatur et sibi gratulatur, ac si prætiosissimam invenisset gemmam,aut magnum detexisset thesaurum,dum sibi suadet se invenisse quo derimeret controversiam de re, in qua critici eruditi errarunt, et cujus veritatem SS. Pontifices ignorarunt,at dum inventionem hanc suam sibi in mundo litterario Sapientiæ memoriam producturam esse autumat,mala ejus sorte accidit, ut ea, quam magni momenti inventionem esse putabat, crassæ eum ignorantiæ ipsa argueret,et eum librum a libro, aut falsum a vero distinguere nescire comprobaret, et quod nullam peritiam habeat librorum, quorum frequentem sibi tribuit usum, et quorum auctores criticando persequitur. Et en tibi asserti probationem:

قال في حاشية علقها باثر اعتذاره المار « بين كان هذا القسم في البحث
في بطريركيات الطوائف السريانية الكلدانية كاملاً متوقعا
روية النور من تحت ملزم الطبع الا وقد ظفرت مصادفةً واتفاقا
ببينة اثيلة قاطعة كل جدال في حقيقة اصل الموارنة القدماء وهي
الكتاب القديم السرياني في عد ١٤٦ من المكتبة الواتيكانية
المنطوي على محاماة ايمان الموارنة والمعنون (في الوجه الاول) ,, كتاب
ايمان الكنيسة المقدسة المولف في دير القديس المتوشح بالله مار
مارون الطوباوي المسمى يوحنا وكان بطريرك مدينة الله
انطاكية ,, (فعبثا اذاً راي السمعاني ان هذا الكتاب تاليف مارون
نفسه) وقيل في فاتحته (وجه ٢) ان مارون جادل الاوطاخيين
والنساطرة واخيرًا ,, تلاميذ (اي تباع) مكسيموس الذين كانوا
يعتقدون المشيئتين في المسيح تبعاً لمرضاة الملك في تلك الايام ,,
(اذاً الموارنة انفسهم كانوا كباقي السريان الكلدان في نسبة تدبير
امور الايمان الى ما اثر الملوك ارجع الى ما قلناه في وجه ٦٤)

Etenim in nota, quam, præcitatæ triviali a se adductæ excusationi subjungit, sequentia dicit: « Hæc disquisitionis pars de patriarchatibus Syro chal-
« daicarum gentium jam absoluta erat, sub preloque pressa lucem
« expectabat, cum casu et fortuitu in insigne documentum incidi,
« quod omnem dirimit controversiam circa antiquorum Maronita-
« rum veram originem. Hoc est codex Syrus vat. 146. qui continet
« apologiam fidei Maronitarum, cui hic titulus (pag. 1.) ,, *Libellus*
« *fidei S. Ecclesiæ, factus in cœnobio S. atque theophori Mar Maronis beati, cogno-*
« *mento Joannis, qui erat Patriarcha divinæ Urbis Antiochiæ*,, etc. (perpe-
« ram igitur existimavit Assemanus hunc libellum esse fœtum ip-
« sius Maronis). In prologo (fol. 2.) dicitur Maro disputasse contra
« Eutichianos, contra Nestorianos,ac demum ,,*contra discipulos* (idest
« sequaces) *Maximi, qui confitentur duas* (in Christo) *voluntates,juxta pla-*
« *citum imperatoris illius temporis*,, (vel ipsi itaque Maronitæ, non secus
« ac cæteri Syrochaldaici generis populi (vide quæ pag. 46 disser-

وقد افسدت عن قرب يد اثيمة ذلك الكتاب القديم فحرفت
ثلثة احرف من اسم ܡܟܣܝܡܘܣ مكسيموس فبدلته باسم
ܐܢܬܝܡܘܣ انثيموس وبدلة لفظة ܬܪܬܝܢ اى مشيئتين بلفظة ܚܕܐ اى
مشية ودليل ذلك التحريف ظاهر للان في الكتاب المذكور
على ان الترجمة العربية المحاذية النص السرياني سلمت من هذه
البربرية لعلة خفيت عليّ اذ تراها مصرحة للان بان مارون
„ جمل شهادات ترد عقيدة مكسيموس الراهب تلك المقالة
التي جعلها على يد الملكين مرقيان (كذا يقول) واخيه باعتقاد
مشيئتين „ وهذه اليد الاثيمة نفسها مزقت الاوراق الاخيرة من
وجه ١٢٤ من ذلك الكتاب وهي كانت تحوي الجدال دفعاً
لتعليم النساطرة وكل البحث لمخالفة اتباع المشيئتين . وفي الكتاب
كله لا ذكر للمجامع المسكونية الا الاربعة الاولى . وفي القسم
الاخر من هذا الكتاب الواتيكاني المبتدئ من وجه ١٣١ (وقد

« uimus) dispositionis in rebus fidei Imperatorum arbitrio tribue-
« bant).Codicem recentissime vitiavit improba manus,quæ corrup-
« tis tribus litteris, nomen ܡܟܣܝܡܘܣ Maximus in ܐܢܬܝܡܘܣ
« Anthimus insipide mutavit, et ܬܪܬܝܢ duas in ܚܕܐ unam; cujus cor-
« ruptionis manifestissima adhuc extant in codice indicia. Arabica
« tamen versio, quæ e latere Syriaci textus prostat, ab hujusmodi
« barbarie immunis evasit, nescio qua causa; in ea enim adhuc di-
« serte legitur Maronem ,, *plura cumulasse argumenta ad refellendum dog-*
« *ma Maximi monachi, qui imperatoris Marciani* (sic) *et ejus fratris opera duas*
« *affirmavit voluntates.* ,, Eadem improba manus extrema libelli folia
« inde a fol. 124. e codice divulsit, quæ continebant finem disputa-
« tionis contra Nestorium, nec non integram disceptationem contra
« sequaces duarum voluntatum. Interim observandum venit, in
« toto libelli istius cursu nunquam alia nominari concilia œcume-
« nica præter quatuor priora !!! In altera ejusdem codicis Vaticani
« parte, quæ incipit a fol.131. (cuique barbara illa manus, ob cau-

منع حسن البخت تلك اليد البربرية من تمزيقه لعلة لا محل لذكرها)
اطنب المولف في رواية محاورة شديدة نشات سنة ١٠٨٩
بين توما اسقف الموارنة في حلب ويوحنا بطريرك الملكية ومدار
هذه المحاورة انما هو على ان ,, الملكية يثبتون ان في المسيح مشيئتين
والموارنة يوجبون ان في المسيح المتجسد اللاهوت والناسوت
طبيعتين متحدتين بمشية واحدة ,, (اقول ان الخصم لم يترجم عبارات
ذلك الكتاب في هذا المحل برمتها لانه مشهور انها مقدمة كتاب المقالات
العشر لتوما الكفرطابي ولكنه ذكرها كاملة بين حواشي استشهاداته اخر كتابه)
وقد جمع في وجه ١٣٤ وما يليه حكايات قذرة ومهينة كثيراً
للقديس مكسيموس الانبا محامي الايمان كانه اخترع عقيدة
المشيئتين . وروى في وجه ١٤٨ وما يليه بتفصيل مبادي
الطائفة المارونية اذ قيل ,, ان الملك مرقيان (هكذا كتب)
ارسل منشوراً الى شعوب المملكة اجمع يامرهم باعتقاد المشيئتين

« sam quam hic non vacat referre, fausta fortuna pepercit),
« valde prolixe exhibetur acerrima concertatio, quæ an. 1089.
« inter Thomam Episcopum Maronitarum Alepi et Joannem
« Patriarcham Melchitarum exarsit. Porro totus cardo hujusce
« disputationis circa hoc versabatur, quod ,, *Melchitæ duas esse in Chris-*
« *to voluntates asserebant, Maronitæ autem e contra affirmabant in Christo incar-*
« *nato divinitatem esse et humanitatem, duas naturas unitas, cum una voluntate,,*
(Dico adversarium non vertisse phrases integras illius libri, et hoc non est nisi quia
notum est eas esse præfationem libri decem capitum Thomæ Caphartabensis, in
textu autem testimoniorum fini, adversarii ipsius libelli, adjectorum integras refert.)
« Fol. 134. et seq. insulse adeo atque injuriosissime congeruntur
« fabulæ contra sanctum fidei defensorem Maximum Abbatem, quasi
« ipse dogma duarum voluntatum excogitaverit. Fol 148. et seq. per-
« belle narrantur sectæ Maroniticæ initia. Dicitur enim ,, *Imperator*
« *Marcianus* (sic) *decretum ad omnes imperii populos misit, quo iis præcipiebat*
« *professionem duarum voluntatum: Syri autem Alepi, Damasci, Montis Libani,*

اما السريان فى حلب ودمشق وجبل لبنان وحمص وحماه لما بلغهم المنشور ابوا الطاعة له قائلين نحن نرى كرهبان دير السريان المسمى نسبة الى القديس مارن فلما سمع اوليك الرهبان كتبوا رسائل قاسية الى الملك... ولما تشاغل ملوك الروم حينيذ بدفع الاسلام فلم يتحمل رهبان دير القديس مارون مشقة فاستمسك سكان لبنان وحمص وحلب بالتعليم المذكور واخذ اسمهم من ذلك الوقت عن دير القديس مارون وكذا سموا موارنة „ (اقول هذا ترجمة ترجمته اللاتينية وهي تخالف في بعض الامور الاصل العربي الذي نقله وعلقه بين حواشيه المذكورة) وكتب في اخر هذا الكتاب „ كمل هذا الكتاب كتاب الايمان المقدس المتمسكة بهِ الكنيسة المقدسة سنة الف وسبعماية... وثلاث „ توافق سنة الف واربعماية... واثنين مسيحيه (فعدد العشرة لم تمحه تلك اليد البربرية دون مقصد) ولنا ان نلاحظ انه فى بادي

« *Hemesæ et Apameæ, cum ad ipsos illud decretum pervenit, illi obtemperare nol-*
« *uerunt, dicentes: nos sentimus sicut monachi cœnobii Syrorum, ex Sancto Maran*
« *nuncupati. Quæ, cum audissent illi monachi, acerbissimas scripserunt ad impe-*
« *ratorem litteras....At cum eo tempore Græci imperatores in debellandis Muham-*
« *medanis occupati essent, nullam amplius molestiam monachis S.Maronis tulerunt.*
« *Tunc incolæ Montis Libani, Hemesæ, Alepi doctrinam prædictam retinuere; nom-*
« *enque ex illo tempore duxerunt a cœnobio S.Maronis, atque sic Maronitæ appellati*
« *fuerunt* „ (Dico hanc adversarii versionem infidelem esse, et in aliquibus ab ipso textu arabico, fini ipsius libelli adjecto, differre) Ad calcem codicis hæc legi-
« tur inscriptio: „ *Absolutus est codex hic sacri libelli fidei quam tenet S. Ec-*
« *clesia, anno Græcorum millesimo, Septingentesimo.... tertio*„ qui respondet
« anno Christi millesimo quadringentesimo... secundo. (Numerus
« decimalis, non sine consilio a prædicta barbara manu deletus est)

